TMR
2360

Sicher Wolf.

Vademecum

für katholische Priester.

Unter Benützung

des neuen Augsburger Rituale

herausgegeben

mit Approbation des Hochwürdigsten Bischöflichen Ordinariats Augsburg

von

Dr. Leonhard Schneider,
Priester der Diezöse Augsburg.

Ichenhausen, 1872.
Druck und Verlag von Alois Schilling.

STADTBIBLIOTHEK
AUGSBURG

I.

Fromme Übungen für Priester.

Morgengebet

(hl. Liguori.)

Ich glaube, o mein Gott, daß du hier wahrhaft gegenwärtig bist; ich bete deine höchste Majestät an; ich liebe deine unendliche Güte über Alles; ich danke dir für alle Gnaden, die du mir bis heute erwiesen, besonders aber dafür, daß du mich diese Nacht vor allem Uebel bewahrt hast. Ich opfere dir auf alle meine Gedanken, meine Worte, meine Handlungen und Alles, was ich heute zu leiden habe und vereinige Alles mit den Verdiensten unseres Herrn Jesu Christi; auch betheure ich, daß ich Alles, was ich thue, nur deßhalb thun will, um dir wohlzugefallen. Ich mache auch die Meinung, alle Ablässe gewinnen zu wollen, die ich gewinnen kann.

O mein Gott! bewahre du mich um der Liebe Jesu Christi willen von aller Sünde. O mein Jesus! gewähre mir um deiner Verdienste willen die Gnade, stets mit dir vereinigt zu leben. Segne mich auch du, o meine Mutter Maria, und behüte mich unter deinem Schutzmantel. Mein heiliger Schutzengel, mein hl. Fürsprecher, bittet für mich.

(Nun folgt eine der kirchlichen Zeit und dem Bedürfniße des Einzelnen entsprechende Betrachtung).

Betrachtungspunkte: Tu es sacerdos in aeternum. Ps. 109. — Dominus pars haereditatis meae et calicis mei; Tu es qui restitues haereditatem meam mihi. Pont. Rom. — Ego ministerium meum honorificabo. Rom. 11, 13. — Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. Math. 28, 20. — Data est mihi omnis potestas in coelo et in terra. Math. 28, 18, — Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt. Gal. 5, 24. — Si quis spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Rom. 8, 9. — Tales esse convenit, graves, prudentes, pios, irreprehensibiles, immaculatos, ut quisquis viderit eos, stupeat et admiretur et dicat: Hi homines sunt Dei, quorum talis est conversatio. S. Augustinus —

Vorbereitung zur hl. Messe.

Antiph. Ne reminiscaris etc.

Psalmus 83.

Quam dilecta tabernabula tua Domine virtutum! * concupiscit et deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum et caro mea * exultaverunt in Deum vivum.

Etenim passer invenit sibi domum, * et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altaria tua Domine virtutum; * Rex meus, et Deus meus.

Beati, qui habitant in domo tua Domine; * in saecula saeculorum laudabunt te.

Beatus vir, cujus est auxilium abs te; * ascensiones in corde suo disposuit, in valle lacrymarum, in loco, quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem; * videbitur Deus Deorum in Sion.

Domine Deus virtutum, exaudi orationem meam; * auribus percipe Deus Jacob.

Protector noster aspice Deus * et respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies una in artiis tuis * super millia.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei * magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam et veritatem eligit Deus; * gratiam et gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia; * Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

Gloria Patri etc.

Psalmus 84.

Benedixisti Domine terram tuam; * avertisti captivitatem Jacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuae; * operuisti omnia peccata eorum,

Mitigasti omnem iram tuam; * avertisti ab ira indignationis tuae.

Converte nos Deus salutaris noster; * et averte iram tuam a nobis.

Numquid in aeternum irasceris nobis? * aut extendes iram tuam a generatione in generationem.

Deus tu conversus vivificabis nos; * et plebs tua laetabitur in te.

Ostende nobis Domine misericordiam tuam; * et salutare tuam da nobis.

Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus; * quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos; * et in eos, qui convertuntur ad cor.

Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius; * ut inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia et veritas obviaverunt sibi; * justitia et pax osculatae sunt.

Veritas de terra orta est; * et justitia de coelo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem; * et terra nostra dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambulabit; * et ponet in via gressus suos.

Gloria Patri etc.

Psalmus 85.

Jnclina Domine aurem tuam et exaudi me; * quoniam inops et pauper sum ego.

Custodi animam meam, quoniam sanctus sum; * salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te.

Miserere mei Domine, quoniam ad te clamavi tota die; * laetifica animam servi tui, quoniam ad te Domine animam meam levavi.

Quoniam tu Domine suavis et mitis; * et multae misericordiae omnibus invocantibus te.

Auribus percipe Domine orationem meam, * et intende voci deprecationis meae.

In die tribulationis meae clamavi ad te; * quia exaudisti me.

Non est similis tui in diis Domine; * et non est secundum opera tua.

Omnes gentes quascunque fecisti, venient et adorabunt coram te Domine: * et glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu et faciens mirabila; tu es Deus solus.

Deduc me Domine in via tua et ingredira in veritate tua; * laetetur cor meum, ut timeat nomen tuum.

Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo; * et glorificabo nomen tuum in aeternum.

Quia misericordia tua magna est super me; * et eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus iniqui insurrexerunt super me et synagoga potentium quaesierunt animam meam; * et non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu Domine Deus miserator et misericors, * patiens et multae misericordiae et verax.

Respice in me et miserere mei; * da imperium tuum puero tuo, et salvum fac filium ancillae tuae.

Fac mecum signum in bonum, ut videant, qui oderunt me, et confundantur; * quoniam tu Domine adjuvisti me, et consolatus es me.

Gloria Patri etc.

Psalmus 115.

Credidi, propter quod locutus sum; .* ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo; * omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino; * pro omnibus, quae retribuit mihi.

Calicem salutaris accipiam; * et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus; * pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.

O Domine, quia ego servus tuus; * ego servus tuus et filius ancillae tuae.

Dirupisti vincula mea; * tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus; * in atriis domus Domini, in medio tui Jerusalem.

Gloria Patri etc.

Psalmus 129.

De profundis clamavi ad et Domine: * Domine: exaudi vocem meam.

Fiant aures tuae intendentes; * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Domine; * Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est; * et propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus; * et speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem; * speret Jsrael in Domino.

Quia apud Dominum misericordia; * et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Jsrael, * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Gloria Patri etc.

Antiph. Ne reminiscaris Domine delicta nostra, vel parentum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris. (Alleluja)

Deinde:

Kyrie eleison
Christe eleison
Kyrie eleison.
Pater noster.
V. Et ne nos inducas in tentationem;
R. Sed libera nos a malo.
V. Ego dixi, Domine miserere mei;
R. Sana animam meam, quia peccavi tibi.
V. Convertere Domine aliquantulum;
R. Et deprecare super servos tuos.
V. Fiat misericordia tua Domine super nos;
R. Quemadmodum speravimus in te.
V. Sacerdotes tui induantur justitiam;
R. Et sancti tui exultent.

V. Ab occultis meis munda me Domine;
R. Et ab alienis parce servo tuo.
V. Domine exaudi orationem meam;
R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus vobiscum;
R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Aures tuae pietatis, mitissime Deus, inclina precibus nostris et gratia sancti Spiritus illumina cor nostrum, ut tuis mysteriis digne ministrare, teque aeterna caritate diligere mereamur.

Deus cui omne cor patet, et omnis voluntas loquitur, et quem nullum latet secretum; purifica per infusionem sancti Spiritus cogitationes cordis nostri, ut te perfecte diligere et digne laudare mereamur.

Ure igne sancti Spiritus renes nostros, et cor nostrum Domine, ut tibi casto corpore serviamus et mundo corde placeamus.

Mentes nostras, quaesumus Domine, Paraclitus, qui a te procedit, illuminet, et inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem.

Adsit nobis quaesumus Domine, virtus Spiritus sancti, quae et corda nostra clementer expurget, et ab omnibus tueatur adversis.

Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere.

Conscientias nostras, quaesumus Domine, visitando purifica, ut veniens Dominus noster Jesus Christus, Filius tuus, paratam sibi in nobis inveniat mansionem. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Actus contritionis ante Missam.

Heu me miserum! qui hactenus tam indigne in vocatione mea vixi, et toties et tam graviter te, Deum meum offendi peccatis meis (præsertim his); sed nunc de iis doleo ex intimo corde meo, ob amorem tui super omnia, et, deinceps tibi soli servire, placere et adhaerere propono.

* * *

Ego volo celebrare Missam, et conficere corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi, juxta ritum sanctae Romanae Ecclesiæ, ad laudem omnipotentis Dei, totiusque Curiae triumphantis, ad utilitatem meam, totiusque Curiæ militantis, pro omnibus, qui se commendarunt orationibus meis in genere et specie, et pro felici statu sanctae Romanæ Ecclesiæ. Amen.

Gaudium cum pace, emendationem vitae, spatium verae pœnitentiae, gratiam et consolationem S. Spiritus, perseverantiam in bonis operibus, tribuat nobis omnipotens et misericors Dominus. Amen.

Orationes

pro opportunitate Sacerdotis ante celebrationem dicendae.

Oratio sancti Ambrosii Episcopi.

(Die Dominica).

Summe sacerdos et vere Pontifex Jesu Christe, qui te obtulisti Deo Patri hostiam puram et immaculatam in ara crucis pro nobis miseris peccatoribus, et qui dedisti nobis carnem tuam ad manducandum et sanguinem tuum ad bibendum, et posuisti mysterium istud in virtute Spiritus sancti, dicens: Haec quotiescunque feceritis, in mei commemorationem facietis. Rogo per eundem sanguinem tuum, magnum salutis nostrae pretium: rogo per hanc miram et ineffabilem caritatem, qua nos miseros et indignos sic amare dignatus es, ut lavares nos a peccatis nostris in sanguine tuo: Doce me servum tuum indignum, quem inter cetera dona tua etiam ad officium sacerdotale vocare dignatus es, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiae tuae; doce me quaeso per Spiritum sanctum tuum, tantum tractare mysterium ea reverentia et honore, ea devotione et timore, quibus

oportet et decet. Fac me per gratiam tuam semper illud de tanto mysterio credere et intelligere, sentire et firmiter tenere, dicere et cogitare, quod tibi placet, et expedit animae meae. Jntret Spiritus tuus bonus in cor meum, qui sonet ibi sine sono, et sine strepitu verborum loquatur omnem veritatem. Profunda quippe sunt nimis et sacro tecta velamine. Propter magnam clementiam tuam concede mihi Missarum solemnia mundo corde et pura mente celebrare. Libera cor meum ab immundis et nefandis, vanis et noxiis cogitationibus. Muni me beatorum Angelorum pia et fida custodia ac tutela fortissima, ut hostes omnium bonorum confusi discedant. Per virtutem tanti mysterii, et per manum sancti Angeli tui repelle a me et a cunctis servis tuis durissimum spiritum superbiæ et cenodoxiae, invidiae et blasphemiae, fornicationis et immunditiae, dubietatis et diffidentiae. Confundantur, qui nos persequuntur; pereant illi, qui nos perdere festinant.

Feria secunda.

Rex virginum et amator castitatis et integritatis, coelesti rore benedictionis tuae extingue in corpore meo fomitem ardentis libidinis, ut maneat in me tenor castitatis corporis et animae. Mortifica in membris meis carnis stimulos omnesque libidinosos et da mihi veram et perpetuam castitatem

cum caeteris donis tuis, quae tibi placent in veritate, ut sacrificium laudis casto corpore et mundo corde valeam tibi offerre. Quanta enim cordis contritione et lacrymarum fonte, quanta reverentia et tremore; quanta corporis castitate et animae puritate istud divinum et coeleste sacrificium est celebrandum, ubi caro tua in veritate sumitur; ubi sanguis tuus in veritate bibitur; ubi ima summis, terrena divinis junguntur; ubi adest sanctorum Angelorum praesentia; ubi tu es sacrificium et sacerdos mirabiliter et ineffabiliter constitutus? —

Feria tertia.

Quis digne hoc celebrare poterit, nisi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignum? Scio Domine, et vere scio, et id ipsum pietati tuae confiteor, quia non sum dignus accedere ad tantum mysterium propter nimia peccata mea et infinitas negligentias meas. Sed scio et veraciter ex toto corde meo credo et ore confiteor, quia tu potes me facere dignum, qui solus potes facere mundum de immundo conceptum semine, et de peccatoribus justos et sanctos. Per hanc omnipotentiam tuam te rogo Deus meus, ut concedas mihi peccatori hoc sacrificium celebrare cum timore et tremore, cum cordis puritate et lacrymarum fonte, cum laetitia spirituali et coelesti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinem beatissimæ

præsentiae tuae et excubias sanctorum Angelorum tuorum in circuitu meo.

Feria quarta.

Ego enim, Domine, memor venerandae passionis tuae accedo ad altare tuum, licet peccator, ut offeram tibi sacrificium, quod tu instituisti, et offerre praecepisti in commemorationem tui pro salute nostra. Suscipe illud quaeso, summe Deus, pro Ecclesia sancta tua et pro populo, quem acquisisti sanguine tuo. Et quoniam me peccatorem inter te, et eundem populum tuum medium esse voluisti, licet in me aliquod boni operis testimonium non agnoscas, officium saltem dispensationis creditae non recuses, nec per me indignum eorum salutis pereat pretium, pro quibus victima salutaris dignatus es esse redemptio. Profero etiam Domine (si digneris propitius intueri) tribulationes plebum, pericula populorum, captivorum gemitus, miserias orphanorum, necessitates peregrinorum, inopiam debilium, desperationes languentium, defectus senum, suspiria juvenum, vota virginum, lamenta viduarum.

Feria quinta.

Tu enim misereris omnium Domine, et nihil odisti eorum, quae fecisti. Memorare, quae sit nostra substantia, quia tu Pater

noster es, quia tu Deus noster es, ne irascaris satis, neque multitudinem viscerum tuorum super nos contineas. Non enim in justificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. — Aufer a nobis iniquitates nostras, et ignem sancti Spiritus in nobis clementer accende. Aufer cor lapideum de carne nostra, et da nobis cor carneum, quod te amet, te diligat, te delectetur, te sequatur, te perfruatur. Oramus Domine clementiam tuam, ut sereno vultu familiam tuam, sacri tui nominis officia praestolantem, aspicere digneris; et ut nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, tu nobis preces suggere, quas ipse propitius audire et exaudire delecteris.

Feria sexta.

Rogamus etiam te, Domine sancte Pater! et pro spiritibus fidelium defunctorum, ut sit illis salus, sanitas, gaudium et refrigerium, hoc magnum pietatis Sacramentum. Domine Deus meus, sit illis hodie magnum et plenum convivium de te, pane vivo, qui de coelo descendisti, et das vitam mundo, de tua carne sancta et benedicta, Agni videlicet immaculati, qui tollis peccata mundi, quae de sancto et glorioso beatae Virginis Mariae utero est asumpta et Spiritu sancto concepta; ac de illo pietatis fonte, qui per lanceam militis ex tuo sacratissimo latere

emanavit, ut exinde refecti et satiati, refrigerati et consolati exultent in laude et gloria tua. Peto clementiam tuam Domine, ut descendat super panem tibi sacrificandum plenitudo tuae benedictionis et sanctificatio tuae divinitatis. Descendat etiam Domine illa sancti Spiritus tui invisibilis, incomprehensibilisque majestas, sicut quondam in patrum hostias descendebat, qui et oblationes nostras, corpus et sanguinem tuum efficiat, et me indignum sacerdotem doceat tantum tractare mysterium cum cordis puritate, lacrymarum devotione, cum reverentia, tremore, ita ut placide et benigne suscipias sacrificium de manibus meis ad salutem omnium tam vivorum, quam defunctorum.

Sabbato.

Rogo etiam te Domine, per ipsum sacrosanctum mysterium Corporis et Sanguinis tui, quo quotidie in Ecclesia tua pascimur et potamur, abluimur et sanctificamur, atque unius summae divinitatis participes efficimur, da mihi virtutes tuas sanctas, quibus repletus, bona conscientia ad altare tuum accedam, ita ut haec coelestia sacramenta efficiantur mihi salus et vita. Tu enim dixisti ore tuo sancto et benedicto: „Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Ego sum panis vivus, qui de coelo descendi. Si quis manducaverit ex

hoc pane, vivet in aeternum.“ Panis dulcissime, sana palatum cordis mei, ut sentiam suavitatem amoris tui. Sana illud ab omni languore, ut nullam praeter te sentiam dulcedinem. Panis candidissime, habens omne delectamentum, et omnen saporem, qui nos semper reficis et nunquam in te deficis; comedat te cor meum, et dulcedine saporis tui repleantur viscera animae meae. Manducet te Angelus ore pleno, manducet te peregrinus homo pro modulo suo, ne deficere possit in via tali recreatus viatico. Panis sancte, panis vive, panis munde, qui descendisti de coelo, et das vitam mundo, veni in cor meum et munda me ab omni iniquamento carnis et spiritus. — Jntra in animam meam, et munda me interius et exterius. Esto tutamen et continua salus animae et corporis mei. Repelle a me insidiantes mihi hostes, recedant procul a præsentia potentiae tuae, ut foris et intus per te munitus, recto tramite ad tuum regnum perveniam, ubi non in mysteriis, sicut in hoc tempore agitur, sed facie ad faciem te videbimus, cum tradideris regnum Deo Patri, et eris Deus omnia in omnibus. Tunc enim me de te satiabis satietate mirifica, ita ut nec esuriam nec sitiam, in æternum. Qui cum eodem Deo Patre et Spiritu sancto vivis et regnas per omnia saecula saeculorum, Amen.

Alia oratio ante Missam.

Ad mensam dulcissimi convivii Tui, pie Domine Jesu Christe, ego peccator de propriis meritis nihil praesumens sed de tua confidens misericordia et bonitate, accedere vereor et contremisco. Nam cor et corpus habeo multis criminibus maculatum, mentem et linguam non caute custoditam. Ergo, o pia Deitas, o tremenda majestas, ego miser inter angustias deprehensus ad te fontem misericordiae recurro, ad te festino sanandus, sub tuam protectionem fugio et quem judicem sustinere nequeo salvatorem habere suspiro. Tibi Domine, plagas meas ostendo, tibi verecundiam meam detego Scio peccata mea multa et magna, pro quibus timeo. Spero in misericordias tuas, quarum non est numerus. Respice ergo in me oculis misericordiae tuae, Domine Jesu Christe, Rex aeterne, Deus et homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me sperantem in te, et miserere mei pleni miseriis et peccatis, tu qui fontem miserationis nunquam manare cessabis. Salve salutaris victima, pro me et omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salve nobilis et pretiose sanguis de vulneribus crucifixi Domini mei Jesu Christi profluens et peccata totius mundi abluens. Recordare Domine creaturae tuae, quam tuo Sanguine redemisti. Poenitet me peccasse, cupio emendare quod feci. Aufer ergo a me cle-

mentissime Pater, omnes iniquitates et peccata mea, ut purificatus mente et corpore digne degustare merear sancta sanctorum, et concede, ut haec sancta praelibatio corporis et sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum meorum remissio sit delictorum perfecta purgatio sit turpium cogitationum effugatio ac bonorum sensuum regeneratio, operumque tibi placentium salubris efficacia, animae quoque et corporis contra inimicorum meorum insidias firmissima tuitio. Amen.

Oratio S. Thomae Aquinatis.

Omnipotens sempiterne Deus, ecce accedo ad Sacramentum unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi; accedo tanquam infirmus ad medicum vitae, immundus ad fontem misericordiae, caecus ad lumen claritatis aeternae, pauper et egenus ad Dominum coeli et terrae. Rogo ergo immensae largitatis tuae abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lavare foeditatem, illuminare coecitatem, ditare paupertatem, vestire nuditatem, ut panem angelorum, Regem regum et Dominum dominantium tanta suscipiam reverentia et humilitate, tanta contritione et devotione, tanta puritate et fide, tali proposito et intentione sicut expedit saluti animae meae. Da mihi, quaeso, Dominici Corporis et Sanguinis non

solum suscipere sacramentum, sed etiam rem et virtutem sacramenti. O mitissime Deus, da mihi Corpus unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi, quod traxit de Virgine Maria, sic suscipere, ut corpori suo mystico merear incorporari et inter ejus membra conumerari. O amantissime Pater! concede mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, revelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

Oratio ad Beatam Virginem Mariam.

Mater pietatis et misericordiae, beatissima Virgo Maria! Ego miser et indignus peccator ad te confugio toto corde et affectu, et precor dulcissimam tuam pietatem, ut sicut unacum B. Joanne Evangelista, Christo Jesu Filio tuo dulcissimo in cruce pendenti adstitisti, ita et mihi misero peccatori et sacerdotibus omnibus hic et in tota sancta ecclesia offerentibus, hodie tu unacum eodem dilectissimo Filii tui discipulo Joanne assistere digneris, ut gratia et intercessione vestra adjuti, dignam et acceptabilem hostiam in conspectu summae et individuae Trinitatis offerre valeamus. Amen.

Danksagung nach der hl. Messe.

Antiph. Trium puerum etc.

Canticum trium puerorum. Dan. 3.

Benedicite omnia opera Domini Domino; * laudate et superexaltate eum in saecula.

Benedicite Angeli Domini Domino; * benedicite coeli Domino.

Benedicite aquae omnes, quae super coelos sunt Domino; * benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite sol et luna Domino; * benedicite stellae coeli Domino.

Benedicite omnes imber, et ros Domino; * benedicite omnes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis et aestus Domino; * benedicite frigus et aestus Domino.

Benedicite rores et pruina Domino; * benedicite gelu et frigus Domino.

Benedicite glacies et nives Domino; * benedicite fulgura et nubes Domino,

Benedicat terra Dominum; * laudet et superexaltet eum in saecula.

Benedicite montes et colles Domino; * benedicite universa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino; * benedicite maria et flumina Domino.

Benedicite cete et omnia, quae moventur

in aquis, Domino; * benedicite volucres coeli Domino.

Benedicite omnes bestiae et pecora Domino; * benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Jsrael Dominum; * laudet et superexaltet eum in saecula.

Benedicite sacerdotes Domini Domino; * benedicite servi Domini Domino.

Benedicite spiritus et animae justorum Domino; * benedicite sancti et humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino; * laudate et superexaltate eum in saecula.

Benedicamus Patrem et Filium cum sancto Spiritu; * laudemus et superexaltemus eum in saecula.

Benedictus es Domine in firmamento coeli; * et laudabilis et gloriosus et superexaltatus in saecula.

Psalmus 150.

Laudate Dominum in Sanctis ejus; * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus; * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubae; * laudate eum in psalterio et cithara.

Laudate eum in tympano et choro; * laudate eum in chordis et organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus;

laudate eum in cymbalis jubilationis; * omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri etc.

Antiph. Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant sancti in camino ignis, benedicentes Dominum. (Alleluja.)

Postea:

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

V. Et ne nos inducas in tentationem;
R. Sed libera nos a malo.
V. Confiteantur tibi Domine omnia opera tua
R. Et sancti tui benedicant tibi.
V. Exultabunt Sancti in gloria;
R. Laetabuntur in cubilibus suis.
V. Non nobis, Domine; non nobis;
R. Sed nomini tuo da gloriam.
V. Domine exaudi orationem meam;
R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus vobiscum;
R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium, concede propitius, ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

Actiones nostras, quaesumus Domine, aspirando praeveni, et adjuvando prosequere, ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat et per te coepta finiatur.

Da nobis, quaesumus Domine, vitiorum

nostrorum flammas extinguere, qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio S. Thomae Aquinatis.

Gratias tibi ago Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, qui me peccatorem indignum famulum tuum, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiae tuae satiare dignatus es pretioso corpore et sanguine Filii tui Domini nostri Jesu Christi. Et precor, ut haec sancta Communio non sit mihi reatus ad poenam, sed intercessio salutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, et scutum bonae voluntatis. Sit vitiorum meorum evacuatio; concupiscentiae, et libidinis exterminatio; charitatis et patientiae, humilitatis et obedientiae, omniumque virtutum augmentatio; contra insidias inimicorum omnium, tam visibilium, quam invisibilium firma defensio; motuum meorum, tam carnalium, quam spiritualium, perfecta quietatio; in te uno ac vero Deo firma adhaesio, atque finis mei felix consummatio. Et precor te, ut ad illud ineffabile convivium me peccatorem perducere digneris, ubi tu cum Filio tuo et Spiritu sancto sanctis tuis es lux vera, satietas plena, gaudium sempiternum, jucunditas

consummata et felicitas perfecta. Per eundem Christum etc.

Oratio S. Bonaventurae.

Transfige dulcissime Domine Jesu, medullas et viscera animae meae suavissimo ac saluberrimo amoris tui vulnere, vera serenaque et Apostolica sanctissima charitate, ut langueat et liquefiat anima mea solo semper amore et desiderio tui; te concupiscat et deficiat in atria tua, cupiat dissolvi, et esse tecum. Da, ut anima mea te esuriat panem Angelorum, refectionem animarum sanctarum, panem nostrum quotidianum superstantialem, habentem omnem dulcedinem et saporem, et omne delectamentum suavitatis, te, in quam desiderant Angeli prospicere, semper esuriat et comedat cor meum et dulcedine saporis tui repleantur viscera animae meae: te semper sitiat fontem vitae, fontem sapientiae et scientiae, fontem aeterni luminis, torrentem voluptatis, ubertatem domus Dei, te semper ambiat, te quaerat, te inveniat, ad te tendat, ad te perveniat, te meditetur, te loquatur et omnia operetur in laudem et gloriam nominis tui, cum humilitate et discretione, cum dilectione et delectatione, cum facilitate et affectu, cum perseverantia usque in finem, et tu sis solus semper spes mea,

tota fiducia mea, divitiae meae, delectatio mea, jucunditas mea, gaudium meum, quies et transquillitas mea, pax mea, suavitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, sapientia mea, portio mea, possessio mea, thesaurus meus in quo fixa et firma et immobiliter semper sit radicata mens mea et cor meum. Amen.

Oratio ante Crucifixi imaginem dicenda.

En ego, o bone et dulcissime Jesu, ante conspectum tuum genibus me provolvo, ac maximo animi ardore te oro atque obtestor, ut meum in cor vividos fidei, spei et charitatis sensus atque veram peccatorum meorum poenitentiam eaque emendandi firmissimam voluntatem velis imprimere, dum magno animi affectu et dolore, tua quinque vulnera mecum ipse considero ac mente contemplor, illud prae oculis habens, quod jam in ore ponebat suo David propheta de te, o bone Jesu: „Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea“ Ps. 21, 17.

Besuchung des Allerheiligsten

(hl. Liguori).

Mein Herr Jesus Christus! der du aus Liebe zu den Menschen Tag und Nacht voll Güte und

Liebe im allerheiligsten Sakramente gegenwärtig bist, und Alle, die dich besuchen, erwartest, rufest und liebevoll empfängst: ich glaube, daß du im allerheiligsten Sakramente gegenwärtig bist; ich bete dich an aus dem Abgrunde meines Nichts und danke dir für so viele mir erwiesenen Gnaden, besonders aber dafür, daß du dich selbst mir in diesem Sakramente gegeben, daß du mir deine hl. Mutter als eine Fürsprecherin geschenkt und daß du mich gerufen hast, dich in dieser Kirche zu besuchen. So grüße ich denn heute dein liebevolles Herz, und zwar erstens, um dir Dank zu sagen für die große Gnade, dich hier besuchen zu dürfen, zweitens, um alle Unbilden, die dir von deinen Feinden in diesem Sakramente zugefügt werden, wieder gut zu machen und drittens, um dich durch diesen Besuch zugleich, an all den Orten anzubeten, wo du im allerheiligsten Sakramente wenig verehrt, ja ganz verlassen bist. O mein Jesus! ich liebe dich von ganzem Herzen, ich bereue, deine unendliche Güte so oft beleidigt zu haben. Mit dem Beistande deiner Gnade nehme ich mir vor, dich in der Folge nicht mehr zu beleidigen; ich übergebe mich jetzt, ungeachtet meines Elendes dir ganz und entsage meinem Eigenwillen, meinen Neigungen, meinen Wünschen, Allem, was mein ist. Mache von jetzt an mit mir und mit Allem, was mir gehört, was immer dir gefällt! Ich suche nichts als deine heil. Liebe, die endliche Beharrlichkeit und die vollkommene Erfüllung deines Willens. Ich empfehle dir die Seelen im Fegfeuer, und vorzüglich jene, die auf Erden eine besondere Andacht zum allerheiligsten Sakramente und zur allerseligsten Jungfrau Maria hatten; ich

empfehle dir auch alle armen Sünder und ich vereinige, süßer Heiland, alle meine Neigungen mit den Neigungen deines liebevollen Herzens, und so vereiniget opfere ich sie deinem ewigen Vater auf und bitte ihn in deinem Namen, daß Er aus Liebe zu dir meine Bitte annehmen und erhören werde.

Geistliche Kommunion: Mein Jesus! Ich glaube, daß du im allerheiligsten Sakramente zugegen bist. Ich liebe dich über alles, ich wünsche, dich in meinem Herzen zu empfangen. Da ich dich aber jetzt nicht wesentlich im allerheiligsten Sakramente empfangen kann, so komme wenigstens geistiger Weise in mein Herz. Ich umarme dich, ich vereinige mich mit dir, als ob du schon in mein Herz gekommen wärest. Gestatte nicht, daß ich mich je wieder von dir trenne.

Gebet zur hl. Jungfrau: Heiligste, unbefleckte Jungfrau, meine geliebteste Mutter Maria! Du bist die Mutter meines Herrn und Heilandes, die Königin der Welt, Fürsprecherin, Hoffnung und Zuflucht der Sünder. Zu dir eile ich heute meine Zuflucht zu nehmen, ich, der armseligste unter allen Sündern. Vor deinen Füßen, o große Königin, lege ich mit gebührender Ehrfurcht meine demüthigste Huldigung ab, und mit dem innigsten Gefühle meiner Seele danke ich dir für so viele mir bis auf diese Stunde erwiesenen Gnaden, besonders aber dafür, daß du mich durch dein liebevolles Verwenden von der wegen meiner Sünden so oft verdienten Hölle errettet hast. Dich liebe ich, o liebenswürdigste Frau und Herrscherin! und aus reinster Liebe zu dir mache ich den unveränderlichen Vorsatz, dir allzeit

zu dienen, und nach Möglichkeit zu verschaffen, daß dir auch Andere dienen. Auf dich setze ich nach Jesus deinem Sohne, alle meine Hoffnung und das ganze Heil meiner Seele. Nimm mich zu deinem Diener auf, o Mutter der Barmherzigkeit, und behalte mich unter deinem mächtigen Schutze. Weil ich weiß, daß du bei Gott Alles vermagst, darum seufze ich zu dir und rufe mit beängstigtem Herzen: Rette mich von allen Versuchungen, oder erhalte mir wenigstens hinlängliche Stärke, um über sie bis an mein Lebensende immer zu siegen. Von dir begehre ich eine wahre Liebe zu Jesus, durch dich hoffe ich auch einstens selig zu sterben. O meine liebreichste Mutter! ich bitte dich durch deine Liebe zu Gott, stehe mir allzeit bei, besonders aber in dem letzten, Alles entscheidenden Augenblicke meines Lebens. Verlasse mich nicht, so lange du mich noch nicht unter den Seligen im Himmel siehest. Dort werde ich dich preisen, dort werde ich deiner Barmherzigkeit ewiges Lob singen. Also hoffe ich, also sei es! —

Abendgebete *)

(hl. Liguori).

Mein Gott! du bist die unfehlbare Wahrheit: ich glaube Alles, was die hl. Kirche mir zu glauben befiehlt, weil du es ihr geoffenbart hast. Ich glaube, daß du mein Gott bist, der Schöpfer Himmels und

*) Zuvor erforsche man sein Gewissen. Eine kurze Anleitung hiezu siehe unten.

der Erde, daß du die Gerechten im Himmel belohnest und die Bösen in der Hölle ewig bestrafest. — Ich glaube, daß du Eins in der Wesenheit und dreifach in den Personen bist, nämlich Vater, Sohn und hl. Geist. Ich glaube, die Menschwerdung und den Tod Jesu Christi; ich glaube endlich Alles, was die hl. Kirche glaubt; ich danke dir, daß du mich zum christlichen Glauben berufen hast, und betheure, in diesem hl. Glauben leben und sterben zu wollen.

Mein Gott! ich hoffe voll Vertrauen auf die Erfüllung deiner Verheißungen, weil du mächtig, getreu und barmherzig bist; ich hoffe, um der Verdienste Jesu willen, die Verzeihung meiner Sünden, die endliche Beharrlichkeit und die ewige Seligkeit.

Weil du die unendliche Güte und einer unendlichen Liebe würdig bist, o mein Gott, so liebe ich dich von ganzem Herzen und über Alles; ich liebe auch aus Liebe zu dir meinen Nächsten. Ich bereue von ganzem Herzen alle meine Sünden, weil ich dich dadurch beleidigt habe, o unendliche Güte! sie schmerzen mich mehr, als iedes andere Uebel. Mit deiner Gnade, um die ich jetzt und für immer bitte, nehme ich mir fest vor, lieber zu sterben als dich je wieder zu beleidigen.

Mein Gott! Ich danke dir, daß du mich heute behütet hast; ich bitte dich, du wollest mich auch diese Nacht beschützen und vor aller Sünde bewahren. Ich will jetzt ausruhen, um dir wohlzugefallen, und mache die Meinung, durch jeden Athemzug dich zu loben, zu lieben und dir zu danken, so wie es die Heiligen im Himmel thun. Meine Mutter Maria! segne mich und nimm mich unter deinen

Schutz! Meine hl. Schutzpatrone, bittet für mich! Amen. (Man betet den hl. Rosenkranz).

*) **Gewissenserforschung:** Wandelst du würdig deines hohen Berufes? — „Bist du ein Vorbild für die Gläubigen im Wort, im Wandel, in Liebe, im Glauben, in Keuschheit?" I. Timoth 4, 12 — Führst du nicht ein weichliches oder müßiges Leben? — Unterwirfst du deinen Verstand unter die Dogmen der hl. Kirche? — Hast du eine tiefe, unbegrenzte Ehrfurcht gegen das Oberhaupt der Kirche? — Erlaubst du dir nicht etwa freche Reden über Rom und über die von Rom gutgeheißenen Dinge? — Predigst du die Wahrheiten des Christenthums mit voller Entschiedenheit oder leiten dich menschliche Rücksichten? — Suchst du in allem nur Gott zu gefallen? — Bist du wirklich ein Geistesmensch und ein Mann des Gebetes und der Betrachtung? — Betest du andächtig und pünktlich dein Brevier? — Bereitest du dich ernstlich vor auf die hl. Messe und feierst du sie in gebührender Weise? — Ist es dir Ernst mit deinen Beichten? — Persolvirst du gewissenhaft die dir anvertrauten Meßstipendien? — Hälst du pünktlich die angeordneten Gottesdienste? — Nimmst du täglich eine längere geistliche Lesung vor und sonstige Andachtsübungen? — Führst du ein sittenreines, keusches Leben in Gedanken, Worten und in deinem leiblichen Sein? — Meidest du jede böse Gelegenheit? — Gibst du kein Ärgerniß in irgend einer Weise? — Bist du mäßig in Speise und Trank? — Klerikal in Kleidung und Benehmen? — Kirchlich in Gesinnung und Handlungsweise? —

Bist du demüthig und sanftmüthig? — Hängt dein Herz nicht an ehrgeizigen Plänen oder am Gelde? — Bist du gehorsam gegen deine Oberen und liebreich gegen deinen Nächsten? — Bist du ein eifriger Hirte für deine Schäflein? — Fleißig im Ermahnen und Unterrichten? — Strenge in der kirchlichen Disciplin? — Unermüdet in der würdigen Spendung der hl. Sakramente? — Zur rechten Zeit in der Schule, im Beichtstuhl, am Krankenbett? — Bist du barmherzig gegen die Armen und voll Mitleid gegen die Sünder? — Strebst du wirklich darnach, Allen Alles zu werden? -- Bist du ein Führer für die Guten und Bekämpfer alles Bösen? — Denkst du an deine einstige große Rechenschaft? — Bist du bereit, jeden Augenblick zu sterben? — Hast du Buße gethan für deine Sünden oder gar Sakrilegien? — Bist du allzeit wahrhaft gegen Gott, gegen deinen Nächsten und gegen dich selbst? — Bist du gewissenhaft in allen Dingen? —

Beichtgebet zu Jesus Christus *)

(hl. Bernhard).

O Herr Jesus Christus! In Vereinigung mit deinen bittersten Schmerzen klage ich mich vor dir an über alle meine Sünden und verlornen Tage meines Lebens, in denen ich dich beleidigt, von dir meinem höchsten Gut mich losgerissen, und auch meinen Nächsten zum Falle gebracht habe. Nimm nun gnädig an, o Herr,

*) Vor der Beicht kann auch das Veni sancte Spiritus et emitte coelitus etc. gebetet werden? sowie die Bußpsalmen siehe unten.

den Rest meiner noch übrigen armseligen Lebenszeit; für jene aber, die ich durch mein böses Leben verloren, verschmähe nicht, o Gott! ein zerknirschtes und gedemüthigtes Herz. Meine Tage haben sich geneigt und sind fruchtlos vorübergegangen. Ich bin nicht mehr im Stande, sie zurückzurufen, aber möge dir wenigstens dieß wohlgefällig sein, daß ich sie in Bitterkeit meiner Seele überdenke. O Herr! der Abgrund meines grenzenlosen Elends rufe zu dem Abgrunde deiner unermeßlichen Barmherzigkeit. Entzieh mir nicht im Grimme deine Erbarmungen, und laß den unermeßlichen Quell deiner Barmherzigkeit für mich nicht versiegen. Du erbarmst dich ja über Alles und hassest nichts von dem, was du gemacht hast, sondern vergissest der Sünden der Menschen um ihrer Buße willen. Dir, o Herr! ist es eigen die Sünden zu vergeben; erbarme dich also auch meiner, so lange noch die Zeit der Gnade und Erbarmung währet; und so lange noch Zeit zur Besserung ist, laß mich verdienen die Glorie deiner Auserwählung und Benedeiung, auf daß mich am Tage des jüngsten Gerichtes nicht treffe das schreckliche Wort der Verwerfung und Vermaledeiung.

Ich bitte dich um deiner selbst willen und durch die Liebe deiner mildseligsten Mutter, der glorreichen Jungfrau Maria, so wie durch die Fürbitte aller deiner Heiligen, verzeihe mir alle meine Sünden und alle Fehler, die ich aus Nachlässigkeit und Unwissenheit begangen habe, und verdamme mich nicht mit meinen Missethaten. Gedenke o Herr Jesus Christus! daß

es nicht deine Sache ist, etwas von dem verloren gehen zu lassen, was dir dein Vater übergeben hat; ja, im Gegentheil ist es dir eigen, dich immer zu erbarmen und zu verschonen. Laß doch nicht zu, daß mein Name aus dem Buche des Lebens ausgelöscht werde, sondern rette mich, das Werk deiner Liebe, damit du dich nicht vergeblich um mich abgemüht und dein makelloses Blut nicht fruchtlos für mich Sünder vergossen hast. Von dir geht alle Sündenreinigung aus; so verleihe denn, daß meine Seele vom Schmutze der Sünden gereinigt und mein Geist erleuchtet werde, daß ich dich erkenne, und dich erkennend unaufhörlich in Liebe nach dir trachte und schmachte, damit ich dereinst für würdig befunden werde, durch ein glückseliges Ende zu dir zu gelangen, o Jesus Christus, mein Herr und mein Gott, der du mit dem Vater und dem hl. Geiste lebst und regierst in alle Ewigkeit. Amen.

II.

Spendung der hl. Sacramente.

Oratio ad cujusvis Sacramenti administrationem adhibenda.

Pater misericordiarum et Deus totius consolationis, qui liquorem sacratissimi Sanguinis Jesu Christi Unigeniti tui, ejusdemque pretiosissimam mortem ac merita universa in sanctissimis Sacramentis velut in vasis aureis recondere, et mihi velut dispensatori tantorum mysteriorum concredere dignatus es: obsecro te per eadem divina mysteria, ut non respicias indignitatem et peccata mea, sed fidem Ecclesiae tuae, cujus indignus sum minister, ejusque amore gratia tua me indignum faciat dignum, de peccatore justum et sanctum, quatenus, munda munde et sancta sancte tractare, indeque fructum illum specialem, quem tu in admirabilibus illis mysteriis digne utentibus conferre dignaris, mihi et aliis copiose valeam obtinere; per ipsummet, qui sese ac gratiam suam nobis in hisce vasis tam liberaliter communicat, Jesum

Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Spendung der hl. Taufe.

Priester: (an der Kirchenthüre) Wie soll dieses Kind heißen?
Taufpathe: N. N.
Pr. Was begehrst du von der Kirche Gottes?
Taufp. Den Glauben?
Pr. Was gibt dir der Glaube?
Taufp. Das ewige Leben.
Pr. **Si igitur vis ad vitam ingredi, serva mandata: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua et ex tota mente tua, et proximum tuum sicut te ipsum.**

Der Priester haucht das Kind 3 mal an und spricht: **Exi ab eo (ea) immunde spiritus, et da locum spiritui sancto paraclito.**

Accipe signum Crucis tam in fronte † quam in corde †, sume fidem coelestium praeceptorum, et talis esto moribus, ut templum Dei jam esse possis.

Oremus: Preces nostras, quaesumus Domine, clementer exaudi, et hunc electum tuum (hanc electam tuam) N. Crucis Dominicae impressione signatum (signatam) perpetua virtute custodi, ut magnitudinis gloriae tuae rudimenta servans per custo-

diam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Der Priester legt dem Täufling die Hand auf's Haupt und betet:

Oremus: Omnipotens sempiternc Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, respicere dignare super hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) N. quem (quam) ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnem coecitatem cordis ab eo (ea) expelle: disrumpe omnes laqueos Satanae, quibus fuerat colligatus (colligata): aperi ei Domine januam pietatis tuae, ut signo sapientiae tuae imbutus (imbuta) omnium cupiditatum foetoribus careat et ad suavem odorem praeceptorum tuorum laetus (laeta) tibi in Ecclesia tua deserviat et proficiat de die in diem. *) Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Benedictio Salis: Exorcizo te, creatura salis in nomine Dei Patris omnipotentis † et in charitate Domini nostri Jesu Christi † et in virtute Spiritus sancti †. Exorcizo te per Deum vivum † per Deum verum † per Deum sanctum † per Deum †, qui te ad tutelam humani generis procrea-

---

*) Bei einem Kinde, das schon getauft, und bei dem bloß die Ceremonien und Segnungen nachgeholt werden, wird hier eingeschaltet: Ut idoneus (idonea) sit frui gratia Baptismi tui, quem suscepit, salis percepta medicina. Per eundem Chr. D. N.

vit, et populo venienti ad credulitatem per servos suos consecrari praecepit, ut in nomine Sanctae Trinitatis efficiaris salutare Sacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te, Domine Deus noster, ut hanc creaturam salis sanctificando sanctifices † et benedicendo benedicas †, ut sit omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in visceribus eorum, in nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. R. Amen.

Der Priester legt ein wenig Salz in den Mund des Kindes und spricht:

N. Accipe sal sapientiae: propitiatio sit tibi in vitam aeternam, R. Amen.

Pr. Pax tecum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus: Deus Patrum nostrorum, Deus universae conditor veritatis, te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) N. respicere digneris propitius, et hoc primum pabulum salis gustantem non diutius esurire permittas, quominus cibo expleatur coelesti, quatenus sit semper spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper nomini serviens. *) Perduc eum (eam) Domine, quaesumus, ad novae regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis

*) Bei einem bereits getauften Kinde wird hier geschlossen: Et quem (quam) ad novae regenerationis lavacrum perduxisti, quaesumus Domine, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum aeterna praemia consequi mereatur. Per Christum D. N. R. Amen.

promissionum tuarum aeterna praemia consequi mereatur, Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Exorcizo te, immunde spiritus, in nomine Patris † et Filii † et Spiritus † sancti, ut exeas et recedas ab hoc famulo Dei (hac famula Dei) N. Jpse enim tibi imperat maledicte damnate, qui pedibus super mare ambulavit et Petro mergenti dexteram porrexit.

Ergo, maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, et da honorem Deo vivo et vero, da honorem Jesu Christo Filio ejus et Spiritui sancto, et recede ab hoc famulo (hac famula) Dei N., quia istum (istam) sibi Deus et Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam et benedictionem fontemque Baptismatis vocare dignatus est.

Der Priester bezeichnet das Kind an der Stirne mit dem Kreuzzeichen und spricht:

Et hoc signum sanctae Crucis †, quod nos fronti ejus damus, tu maledicte diabole nunquam audeas violare. Per eundem Chr. D. n. R. Amen.

Der Priester legt die Hand auf das Haupt des Kindes und betet:

Oremus: Aeternam ac justissimam pietatem tuam deprecor, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, auctor luminis et veritatis super hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) N. ut digneris eum (eam) illuminare lumine intelligentiae tuae;

munda eum (eam) et sanctifica: da ei scientiam veram *), ut dignus (digna) gratia Baptismi tui effectus (effecta) teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam. Per Chr. D. n. R. Amen.

Der Priester legt das Ende der Stola dem Kinde auf und führt es in die Kirche mit den Worten: **N. Jngredere in templum Dei, ut habeas partem cum Christo in vitam aeternam. R. Amen.**

Man betet gemeinsam das **Credo und Pater noster.**

Exorcizo te, omnis spiritus immunde, in nomine Dei Patris omnipotentis † et in nomine Jesu Christi Filii ejus, Domini et Judicis nostri † et in virtute Spiritus sancti, † ut discedas ab hoc plasmate Dei N., quod Dominus noster ad templum sanctum suum vocare dignatus est, ut fiat templum Dei vivi, et Spiritus sanctus habitet in eo. Per eundem Christum Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos et mortuos et saeculum per ignem. R. Amen.

Ephpheta quod est: Adaperire (der Priester berührt mit Speichel die Ohren). **Jn odorem suavitatis** (und die Nase des Kindes). **Tu autem effugare, diabole, appropinquabit enim judicium Dei.**

---

*) Bei einem bereits getauften Kinde wird hier geschlossen: Ut dignus (digna) sit frui gratia Baptismi tui, quem suscepit; teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam, ut aptus (apta) sit ad retinendam gratiam Baptismi tui. Per Chr. D. n. R. Amen.

Priester. N. Widersagst du dem Teufel?
Taufpathe. Ich widersage.
Pr. Und allen seinen Werken?
Taufp. Ich widersage.
Pr. Und aller seiner Hoffahrt?
Taufp. Ich widersage.

Ego te linio † Oleo salutis (der Priester salbt die Brust) **in Christo † Jesu Domino nostro** (und zwischen den Schultern das Kind), **ut habeas vitam aeternam. R. Amen.**

Der Priester nimmt die weiße Stola und spricht:

N. Glaubst du an Gott, den allmächtigen Vater, den Schöpfer Himmels und der Erde?
Taufp. Ich glaube.
Pr. Glaubst du an Jesus Christus, seinen einigen Sohn, unsern Herrn, der geboren worden ist und gelitten hat?
Taufp. Ich glaube.
Pr. Glaubst du an den hl. Geist, die hl. kath. Kirche, Gemeinschaft der Heiligen, Ablaß der Sünden, Auferstehung des Fleisches und ein ewiges Leben?
Taufp. Ich glaube.
Pr. N. Willst du getauft werden?
Taufp. Ich will.

Priester: **N. Ego te baptizo in nomine Patris †.** (gießt das Taufwasser) **et Filii † et Spiritus † sancti.**

(oder: N. Si non es baptizatus (baptizata), ego te baptizo in nomine Patris † et Filii † et Spiritus † sancti.)

Deus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui te regeneravit ex aqua et Spiritu sancto, quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum (Salbung mit Chrisam) **ipse te liniat Chrismate salutis † in eodem Christo Jesu Domino nostro in vitam aeternam. R. Amen,**

Der Priester reicht das weiße Kleid und spricht: **Accipe vestem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, ut habeas vitam aeternam. R. Amen.**

Der Priester reicht eine brennende Kerze dar und spricht:

Accipe lampadem ardentem et irreprehensibilis custodi Baptismum tuum: serva Dei mandata, ut cum Dominus venerit ad nuptias, possis occurrere ei una cum omnibus Sanctis in aula coelesti, habeasque vitam aeternam et vivas in saecula saeculorum. R. Amen.

Vade in pace et Dominus sit tecum. R. Amen.

Spendung der hl. Wegzehrung.

Der Priester mit dem Allerheiligsten spricht beim Eintritt ins Krankenzimmer:

Pax huic domui. R. Et omnibus habitantibus in ea.

℣r. **Asperges me, Domine, hyssopo et mundabor; lavabis me et super nivem dealbabor. — Miserere mei Deus secundum**

magnam misericordiam tuam. Gloria Patri etc. Asperges me Domine etc.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini;
R. Qui fecit coelum et terram.
V. Domine exaudi orationem meam;
R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus vobiscum;
R. Et cum spiritu tuo.

Oremus: Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, et mittere digneris, sanctum Angelum tuum de coelis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chr. D. n. R. Amen.

Gebete.

O mein Jesus! Ich glaube an dich als an die ewige Wahrheit. Ich glaube festiglich Alles, was deine hl. kath. Kirche lehrt; ich glaube insbesondere, daß du hier im allerheiligsten Sakramente wahrhaft, wirklich und wesentlich mit Gottheit und Menschheit gegenwärtig bist.

O mein Jesus! Ich hoffe auf dich als auf die unendliche Barmherzigkeit. Ich hoffe insbesondere von dir kraft dieses allerheiligsten Sakramentes die ewige Seligkeit und Alles, was mir dazu nützlich ist, zu erlangen.

O mein Jesus! Ich liebe dich von ganzem Herzen über Alles, denn du bist das allerhöchste und liebenswürdigste Gut.

O mein Jesus! Ich bereue alle Sünden meines ganzen Lebens, weil ich durch sie meinen

gütigsten Gott, das höchste liebenswürdigste Gut, so oft und sehr beleidigt habe.

Et sicut beatissimam Theclam, virginem et Martyrem tuam, de tribus atrocissimis tormentis liberasti, sic liberare digneris animam hujus servi tui (vel ancillae tuae) et tecum facias in bonis congaudere coelestibus. R. Amen.

Oratio.

Commendamus tibi Domine animam famuli tui N. (vel famulae tuae N.) precamurque te Domine Jesu Christe, Salvator mundi, ut propter quam ad terram misericorditer descendisti, Patriarcharum tuorum sinibus insinuare non renuas. Agnosce Domine creaturam tuam, non a diis alienis creatam, sed a te solo Deo vivo et vero: quia non est alius Deus praeter te, et non est secundum opera tua. Laetifica Domine animam ejus in conspectu tuo, et ne memineris iniquitatum ejus antiquarum, et ebrietatum, quas suscitavit furor sive fervor mali desiderii. Licet enim peccaverit, tamen Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum non negavit, sed credidit, et zelum Dei in se habuit, et Deum, qui fecit omnia, fideliter adoravit.

Oratio.

Delicta juventutis, et ignorantias ejus, quaesumus, ne memineris Domine: sed secundum magnam misericordiam tuam memor

esto illius in gloria claritatis tuae. Aperiantur ei coeli, collaetentur illi Angeli. Jn regnum tuum Domine servum tuum (vel ancillam tuam) suscipe. Suscipiat eum (vel eam) sanctus Michael Archangelus Dei, qui militiae coelestis meruit principatum. Veniant illi obviam sancti Angeli Dei, et perducant eum (vel eam) in civitatem coelestem Jerusalem. Suscipiat eum (vel eam) beatus Petrus Apostolus, cui a Deo claves regni coelestis traditae sunt. Adjuvet eum (vel eam) sanctus Paulus Apostolus, qui dignus fuit esse vas electionis. Jntercedat pro eo (vel ea) sanctus Joannes electus Dei Apostolus, cui revelata sunt secreta coelestia. Orent pro eo (vel ea) omnes sancti Apostoli, quibus a Domino data est potestas ligandi atque solvendi. Jntercedant pro eo (vel ea) omnes sancti et electi Dei, qui pro Christi nomine tormenta in hoc saeculo sustinuerunt, ut vinculis carnis exutus (vel exuta) pervenire mereatur ad gloriam regni coelestis, praestante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. R. Amen.

Si anxiatur adhuc anima, dicuntur hi Psalmi, videlicet:

Psalmus 117.

Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in saeculum misericordia ejus.

Dicat nunc Jsrael, quoniam bonus: quoniam in saeculum misericordia ejus.

Dicat nunc Domus Aaron: quoniam in saeculum misericordia ejus.

Dicant nunc, qui timent Dominum: quoniam in saeculum misericordia ejus.

De tribulatione invocavi Dominum: et exaudivit me in latitudine Dominus.

Dominus mihi adjutor: non timebo, quid faciat mihi homo.

Dominus mihi adjutor: et ego despiciam inimicos meos.

Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine.

Bonum est sperare in Domino: quam sperare in principibus.

Omnes gentes circuierunt me: et in nomine Domini quia ultus sum in eos.

Circumdantes circumdederunt me: et in nomine Domini, quia ultus sum in eos.

Circumdederunt me sicut apes, et exarserunt sicut ignis in spinis: et in nomine Domini quia ultus sum in eos,

Jmpulsus eversus sum, ut caderem: et Dominus suscepit me.

Fortitudo mea, et laus mea Dominus: et factus est mihi in salutem.

Vox exultationis et salutis: in tabernaculis justorum.

Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltavit me: dextera Domini fecit virtutem.

Non moriar, sed vivam: et narrabo opera Domini.

Castigans castigavit me Dominus: et morti non tradidit me.

Aperite mihi portas justitiae, ingressus in eas confitebor Domino: haec porta Domini, justi intrabunt in eam.

Confitebor tibi, quoniam exaudisti me: et factus es mihi in salutem.

Lapidem, quem reprobaverunt aedificantes: hic factus est in caput anguli.

A Domino factum est istud: et est mirabile in oculis nostris.

Haec est dies, quam fecit Dominus: exultemus et laetemur in ea.

O Domine salvum me fac, o Domine bene prosperare, benedictus, qui venit in nomine Domini.

Benediximus vobis de domo Domini: Deus Dominus, et illuxit nobis.

Constituite diem solemnem in condensis: usque ad cornu altaris.

Deus meus es tu, et confitebor tibi: Deus meus es tu, et exaltabo te.

Confitebor tibi, quoniam exaudisti me: et factus es mihi in salutem.

Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in saeculum misericordia ejus.

Gloria Patri.

Psalmus 118.

Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.

Beati, qui scrutantur testimonia ejus: in toto corde exquirunt eum.

Non enim, qui operantur iniquitatem: in viis ejus ambulaverunt.

Tu mandasti: mandata tua custodire nimis.

Utinam dirigantur viae meae: ad custodiendas justificationes tuas.

Tunc non confundar: cum perspexero in omnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis: in eo quod didici judicia justitiae tuae.

Justificationes tuas custodiam: non me derelinquas usquequaque.

Jn quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos.

Jn toto corde meo exquisivi te: ne repellas me a mandatis tuis.

Jn corde meo abscondi eloquia tua: ut non peccem tibi.

Benedictus es Domine: doce me justificationes tuas.

Jn labiis meis: pronuntiavi omnia judicia oris tui.

Jn via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus divitiis.

Jn mandatis tuis exercebor: et considerabo vias tuas.

Jn justificationibus tuis meditabor: non obliviscar sermones tuos.

Retribue servo tuo, vivifica me: et custodiam sermones tuos.

Revela oculos meos: et considerabo mirabilia de lege tua.

Jncola ego sum in terra: non abscondas a me mandata tua.

Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas: in omni tempore.

Jncrepasti superbos: maledicti, qui declinant a mandatis tuis.

Aufer a me opprobrium, et contemptum: quia testimonia tua exquisivi.

Etenim sederunt principes, et adversum me loquebantur: servus autem tuus exercebatur in justificationibus tuis.

Nam et testimonia tua meditatio mea est: et consilium meum justificationes tuae.

Adhaesit pavimento anima mea: vivifica me secundum verbum tuum.

Vias meas enuntiavi, et exaudisti me: doce me justificationes tuas.

Viam justificationum tuarum instrue me: et exercebor in mirabilibus tuis.

Dormitavit anima mea prae taedio: confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitatis amove a me: et de lege tua miserere mei.

Viam veritatis elegi: judicia tua non sum oblitus.

Adhaesi testimoniis tuis Domine: noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.

Beim Hinscheiden.

Jesu, Jesu, Jesu.

Jn manus tuas Domine commendo spiritum meum. Domine Jesu Christe suscipe spiritum meum. Sancta Maria, ora pro me. Maria mater gratiae, mater misericordiae, tu me ab hoste protege, et in hora mortis suscipe.

Egressa anima de corpore, statim dicatur hoc.

Subvenite sancti Dei, occurrite Angeli Domini: * Suscipientes animam ejus: * Offerentes eam in conspectu Altissimi.

V. Suscipiat te Christus, qui vocavit te, et in sinum Abrahae Angeli deducant te: * Suscipientes animam ejus: * Offerentes eam in conspectu Altissimi.

R. Requiem aeternam dona ei Domine; et lux perpetua luceat ei: * Offerentes eam in conspectu Altissimi.

Deinde:

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster.

V. Et ne nos inducas in tentationem;
R. Sed libera nos a malo.
V. Requiem aeternam dona ei Domine;
R. Et lux perpetua luceat ei.
V. A porta inferi;
R. Erue Domine animam ejus.
V. Requiescat in pace;
R. Amen.

V. Domine exaudi orationem meam;
R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus vobiscum;
R. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Tibi Domine commendamus animam famuli tui (vel famulae tuae) N. ut defunctus (vel defuncta) saeculo tibi vivat: et quae per fragilitatem humanae conversationis peccata commisit, tu venia misericordissimae pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Beerdigung der Erwachsenen.

Bei der Wohnung des Verstorbenen:

Antiph. Si iniquitates.

De profundis clamavi ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuae intendentes: in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris Domine: Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem: speret Jsrael in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Jsrael: ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem aeternam dona ei Domine: et lux perpetua luceat ei.

Repetit totam Antiphonam.

Si iniquitates observaveris Domine: Domine quis sustinebit.

Jmponitur incensum etc.

Kyrie eleison, Christi eleison, Kyrie eleison. Pater noster.

Corpus defuncti aspergitur etc.

V. Et ne nos inducas etc.
V. A porta inferi
V. Requiescat in pace
V. Domine exaudi etc.
V. Dominus vobiscum.

Oremus.

Absolve, quaesumus Domine, animam famuli tui (famulae tuae) N., ut defunctus (defuncta) saeculo tibi vivat, et quae per fragilitatem carnis humana conversatione peccata commisit, tu venia misericordissimae pietatis absterge. Per Chr. D. n.

V. Requiem aeternam dona ei, Domine
V. Requiescat in pace. R. Amen.

Beim Leichenhaus betet der Priester:

Oremus: Suscipe Domine animam famuli tui (famulae tuae) N., quam de erga-

stulo hujus saeculi vocare dignatus es, et eripe eam de loco poenarum: ut quietis ac lucis aeternae beatitudine perfruatur et inter Sanctos et Electos tuos in resurrectionis gloria resuscitari mereatur. Per Christum Dom. nostr. Amen.

Auf dem Wege zum Grabe:

Antiph. Exultabunt Domino.

Miserere mei, Deus secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea; et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas, cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo. et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et laetitiam: et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua: et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi laetitiam salutaris tui: et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meae: et exultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine, labia mea aperies: et os meum annuntiabit laudem tuam,

Quoniam, si voluisses sacrificium, dedissem utique: holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum et humiliatum Deus non despicies.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: ut aedificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiae, oblationes et holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

Requiem aeternam etc.

Exultabunt Domino ossa humiliata.

Beim Eintritt in den Friedhof:

Subvenite angeli Dei, ocurrite angeli Domini, suscipientes animam ejus: offerentes eam in conspectu Altissimi. V. Suscipiat te Christus, qui vocavit te, et in sinum Abrahae Angeli deducant te. Suscipientes etc. Requiem aeternam dona ei Domine, et lux perpetua luceat ei, Offerentes eam etc.

STADTBIBLIOTHEK AUGSBURG

In Paradisum deducant te Angeli: in tuo adventu suscipiant te Martyres, et perducant te in civitatem sanctam Jerusalem. Chorus Angelorum te suscipiat, et cum Lazaro quondam paupere aeternam habeas requiem.

Einsegnung des Grabes:

Oremus.

Deus, cujus miseratione animae fidelium requiescunt, hunc tumulum † benedicere dignare, eique angelum tuum sanctum deputa custodem, et quorum quarumque corpora hic sepeliuntur, animas eorum ab omnibus absolve vinculis delictorum, ut in te semper cum Sanctis tuis sine fine laetentur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Sanctificetur istud sepulchrum in Nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

Sume terra, quod tuum est; sumat Deus, quod suum est, corpus de terra formatum est, spiritus de sursum inspiratus est.

Der Priester besprengt das Grab mit Weihwasser und spricht:

Rore coelesti reficiat animam tuam Deus Pater et Filius et Spiritus sanctus. R. Amen.

Der Priester incensirt das Grab und spricht:

Odore coelesti pascat animam tuam Deus Pater et Filius et Spiritus sanctus. R. Amen.

Bei den drei Schaufeln voll Erde, die der Priester in's Grab wirft:

Memento homo, quia pulvis es, et in pulverem reverteris.

Gedenk o Menſch, daß du Staub biſt und in den Staub zurückkehren wirſt.

Antiph. Ego sum.

Canticum Zachariae. Luc. I.

Benedictus Dominus Deus Jsrael: quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suae.

Et erexit cornu salutis nobis: in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os Sanctorum, qui a saeculo sunt, Prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris; et de manu omnium, qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum Patribus nostris: et memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham, patrem nostrum: daturum se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: serviamus illi.

Jn sanctitate et justitia coram ipso: omnibus diebus nostris.

Et tu puer propheta Altissimi vocaberis: praeibis enim ante faciem Domini, parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus: in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiae Dei nostri: in quibus visitavit nos oriens ex alto.

Jlluminare his, qui in tenebris, et in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Requiem aeternam dona ei Domine: et lux perpetua luceat ei.

Antiph. Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: et omnis, qui vivit, et credit in me, non morietur in aeternum.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

V. Et ne nos inducas etc.
V. A porta inferi;
R. Erue Domine animam ejus.
V. Requiescat in pace;
R. Amen.
V. Domine exaudi orationem meam;
R. Et clamor etc.
V. Dominus vobiscum etc.

Oremus.

Fac, quaesumus Domine, hanc cum servo tuo defuncto (famula tua defuncta) N. misericordiam, ut factorum suorum in poenis non recipiat vicem, qui (quae) tuam in votis tenuit voluntatem; ut sicut hic eum (eam) vera fides junxit fidelium turmis, ita illic eum (eam) tua miseratio societ angelicis choris. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

V. Requiem aeternam dona ei Domine;
R. Et lux perpetua luceat ei.
V. Requiescat in pace;
R. Amen.

V. Anima ejus, et animae omnium fidelium defunctorum, per misericordiam Dei requiescant in pace;
R. Amen.

Hierauf bezeichnet der Priester mit dem hölzernen Kreuze das Grab in Kreuzesform und spricht:

Signum Salvatoris Domini nostri Jesu Christi † sit signatum super te, qui in hac imagine redemit te.

Das Kreuz wird oben an's Grab gesteckt mit den Worten:

Nec permittat introire Angelum percutientem in aeternum. Pax tecum.

Andächtige in Christo!

„Es ist den Menschen festgesetzt, einmal zu sterben, und dann folgt das Gericht" (Hebr. 9, 27.). —

„Selig sind die Todten, die im Herrn sterben. Von nun an, spricht der Geist, ruhen sie aus von ihren Leiden, und ihre Werke folgen ihnen nach." (Offenb. 14, 13.)

Wir hoffen, Geliebte! daß unser christlicher Mitbruder (unsere christliche Mitschwester), dessen (deren) sterbliche Ueberreste wir so eben bis zum Tage der allgemeinen Auferstehung der Ruhe des Grabes übergeben haben, den Tod der Gerechten gestorben sei. Allein, der uns richtet, ist der Herr: unbegreiflich sind seine Gerichte, unerforschlich seine Wege. Sein all-

sehendes Auge durchforscht die Herzen und Nieren: unsere Gedanken und Neigungen liegen vor Ihm so offen da, wie unsere Reden und Handlungen: vor Ihm gilt kein Ansehen der Person. — Er richtet nach Gerechtigkeit! — Wie leicht kann auch die in unsern Augen frömmste Seele vor den heiligen Augen Gottes mit Unvollkommenheiten, Mängeln und Gebrechen erscheinen, die dort erst durch das Feuer ihre volle Läuterung und Reinigung erlangen müssen! — Darum ist es, nach dem Ausspruche des göttlichen Geistes selbst ein heiliger und heilsamer Gedanke, für die Verstorbenen zu beten, damit sie von ihren Sünden erlöset werden. (II. Makk. 12, 46.)

Laßt auch uns Geliebte! voll Vertrauen zum Throne der göttlichen Barmherzigkeit uns wenden, und zum Troste der abgeleibten Seele in Demuth des Herzens Fürbitte einlegen mit einem andächtigen Vater unser und englischen Gruß.

(Rit. Passav.)

Bei der Zurückkehr zur Kirche: **Si iniquitates. De profundis** s. o. pag. 94.

Libera

me Domine de morte aeterna in die illa tremenda * quando coeli movendi sunt et terra * Dum veneris judicare saeculum per ignem.

V. Tremens factus sum ego et timeo, dum discussio venerit atque ventura ira. * Quando coeli movendi sunt et terra.
V. Dies illa, dies irae, calamitatis et miseriae, dies magna et amara valde * Dum veneris judicare saeculum per ignem.
V. Requiem aeternam dona ei (eis) Domine et lux perpetua luceat ei (eis).
V. Libera me Domine de morte aeterna in die illa tremenda, quando coeli movendi sunt et terra, dum veneris judicare saeculum per ignem.

Kyrie eleison
Christe eleison
Kyrie eleison. Pater noster.

Nachdem das Grab oder die Tumba aspergirt und incenſirt iſt:

V. Et ne nos inducas in tentationem;
R. Sed libera nos a malo.
V. A porta inferi;
R. Erue Domine animam ejus.
V. Requiescat in pace;
R. Amen.
V. Domine exaudi orationem meam;
R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus vobiscum;
R. Et cum spiritu tuo.

Jn die depositionis.

Oremus: Deus, cui proprium est miserere semper et parcere; te supplices

exoramus pro anima famuli tui (famulae tuae) N., quam de hoc saeculo migrare jussisti, ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem, sed jubeas eam a sanctis Angelis suscipi et ad patriam Paradisi perduci: ut quia in te speravit et credidit, non poenas inferni sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Beim Besuch des Grabes:

Antiph. Si iniquitates.

Psalmus 129.

De profundis clamavi ad te, Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuae intendentes: in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris Domine: Domine, quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustiunit anima mea in verbo ejus: speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem: speret Jsrael in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Jsrael: ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem aeternam dona ei Domine: et lux perpetua luceat ei.

Antiph. Si iniquitates observaveris Domine: Domine quis sustinebit?

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. (Wird aspergirt und incensirt).

V. Et ne nos inducas etc.
V. A porta inferi;
V. Requiescat in pace;
V. Domine exaudi orationem meam;
V. Dominus vobiscum etc.

Absolutio.

Absolve, quaesumus Domine, animam famuli tui (famulae tuae) N., ut defunctus (defuncta) saeculo tibi vivat, et quae per fragilitatem carnis humanae conversatione commisit, tu venia misericordissimae pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Jn die tertio, septimo et trigesimo.

Quaesumus Domine, ut animae famuli tui (famulae tuae) N., cujus depositionis diem tertium (septimum, trigesimum) commemoramus, Sanctorum atque electorum tuorum largiri digneris consortium, et rorem misericordiae tuae perennem infundas. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Jn anniversario.

Deus indulgentiarum Domine, da animae famuli tui (famulae tuae) N., cujus anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem et

luminis claritatem. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Pro pluribus defunctis.

Deus indulgentiarum Domine, da animabus famulorum famularumque tuarum, quorum quarumque anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem et luminis claritatem. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Pro uno sacerdote.

Deus, qui inter Apostolicos sacerdotes famulum tuum N. sacerdotali fecisti dignitate vigere, praesta quaesumus, ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Dominum.

Pro fratribus, propinquis etc.

Deus veniae largitor et humanae salutis amator, quaesumus clementiam tuam, ut nostrae congregationis fratres propinquos et benefactores, qui ex hoc saeculo transierunt beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis ad perpetuae beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Chr.

Pro omnibus fidelibus defunctis.

Fidelium Deus omnium Conditor et Redemptor animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis.

Beerdigung der Kinder.

Bei der Wohnung:

Antiph. Sit nomen Domini.

Psalmus 112.

Laudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum: ex hoc nunc, et usque in saeculum.

A solis ortu usque ad occasum: laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus: et super coelos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat: et humilia respicit in coelo et in terra?

Suscitans a terra inopem: et de stercore erigens pauperem.

Ut collocet eum cum principibus: cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum laetantem.

Gloria Patri etc.

Antiph. Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc et usque in saeculum.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster.

Die Leiche wird aspergirt und incensirt:

V. Et ne nos inducas etc.
V. Me autem propter innocentiam suscepisti;
R. Et confirmasti me in conspectu tuo in aeternum.
V. Dominus vobiscum;
R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens et mitissime Deus, qui omnibus parvulis, renatis fonte Baptismatis. dum migrant a saeculo, sine ullis eorum meritis vitam illico largiris aeternam, sicut animae hujus parvuli hodie credimus te fecisse: fac nos quaesumus Domine, per intercessionem beatae Mariae semper Virginis, et omnium sanctorum tuorum hic purificatis tibi mentibus famulari, et in paradiso cum beatis parvulis perenniter sociari. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Dagegen, wenn die Leiche vom Leichenhause aus beerdigt wird:

Oremus: Deus totius consolationis, qui pueris jam per Baptismi gratiam coelestia largiris innocentiae praemia: concede propitius, ut quae illis gaudia contulisti, eadem nos sicut modo geniti infantes, consequamur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Auf dem Wege zum Grabe:

Antiph. Juvenes et virgines

Psalmus 118.

Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.

Beati, qui scrutantur testimonia ejus: in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem: in viis ejus ambulaverunt.

Tu mandasti: mandata tua custodiri nimis.

Utinam dirigantur viae meae: ad custodiendas justificationes tuas.

Tunc non confundar: cum perspexero in omnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis: in eo, quod didici judicia justitiae tuae.

Justificationes tuas custodiam: non me derelinquas usquequaque.

Jn quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos.

Jn toto corde meo exquisivi te: ne repellas me a mandatis tuis.

Jn corde meo abscondi eloquia tua: ut non peccem tibi,

Benedictus es Domine: doce me justificationes tuas.

Jn labiis meis: pronuntiavi omnia judicia oris tui.

Jn via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus divitiis.

Jn mandatis tuis exercebor: et considerabo vias tuas.

Jn justificationibus tuis meditabor: non obliviscar sermones tuos.

Gloria Patri et Filio: et Spiritui sancto Sicut erat in principto et nunc et semper: et in saecula saeculorum. Amen.

Psalmus 148.

Laudate Dominum de coelis: laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus: laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol et luna: laudate eum omnes stellae et lumen.

Laudate eum coeli coelorum: et aquae omnes, quae super coelos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: ipse mandavit et creata sunt.

Statuit ea in aeternum, et in saeculum saeculi: praeceptum posuit, et non praeteribit.

Laudate Dominum de terra dracones, et omnes abyssi.

Jgnis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: quae faciunt verbum ejus,

Montes ot omnes colles: ligna fructifera, et omnes cedri.

Bestiae, et universa pecora: serpentes, et omnes volucres pennatae.

Reges terrae et omnes populi: principes et omnes judices terrae.

Juvenes et virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini; quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super coelum et terram: et exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus: filiis Jsrael, populo appropinquanti sibi.

Gloria Patri etc.

Antiph. Juvenes et virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini.

Beim Eintritt in den Friedhof:

Antiph. Hic accipiet.

Psalmus 23.

Domini est terra et plenitudo ejus: orbis terrarum et universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: et super flumina praeparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini: aut quis stabit in loco sancto ejus?

Jnnocens manibus et mundo corde: qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipet benedictionem a Domino: et misericordiam a Deo salutari suo.

Haec est generatio quaerentium eum: quaerentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas, principes, vestras, et elevamini portae aeternales: et introibit rex gloriae.

Quis est iste rex gloriae: Dominus fortis et potens, Dominus potens in praelio?

Attollite portas, principes, vestras, et elevamini portae aeternales: et introibit rex gloriae.

Quis est iste rex gloriae? Dominus virtutum, ipse est rex gloriae.

Gloria Patri et Filio: et Spiritui sancto.

Sicut erat in principio et nunc et semper: et in saecula saeculorum. Amen.

Antiph. Hic accipiet benedictionem a Domino, et misericordiam a Deo salutari suo, quia haec est generatio quaerentium Dominum.

Der Prieſter ſegnet das Grab:

Oremus: Deus, cujus miseratione animae fidelium requiescunt, hunc tumulum bene†dicere dignare, eique Angelum tuum sanctum deputa custodem: et quorum quarumque corpora hic sepeliuntur, animas eorum ab omnibus absolve vinculis delictorum, ut in te semper cum Sanctis tuis sine fine laetentur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Das Grab wird aspergirt und thurifizirt:

Sanctificetur sepulcrum istud in nomine Patris † et Filii et Spiritus sancti. R. Amen.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison. Pater noster.

V. Et ne nos inducas etc.
V. Sinite parvulos venire ad me;
R. Talium est enim regnum coelorum.
V. Dominus vobiscuum;
R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, sanctae puritatis amator, qui animam hujus parvuli ad coelornm regnum misericorditer vocare dignatus es: digneris etiam, Domine, ita nobiscum misericorditer agere, ut meritis tuae sanctissimae Passionis et intercessione beatae Mariae semper Virginis et omnium Sanctorum tuorum in eodem regno nos cum omnibus Sanctis et Electis tuis semper facias congaudere. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. R. Amen.

Der Leichnam wird in's Grab gesenkt:

Sume, terra, quod tuum est, sumat Deus, quod suum est; corpus de terra formatum est, spiritus desursum inspiratus est.

Der Leichnam wird aspergirt und thurifizirt; hierauf:

Memento homo, quia pulvis es. et in pulverem reverteris.

Gedenke, o Mensch! daß du Staub bist, und in den Staub zurückkehren wirst.

Antiph. Benedicite.

Canticum trium puerorum. Dan. 3.

Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate et superexaltate eum in saecula.

Benedicite Angeli Domini Domino: benedicite coeli Domino.

Benedicite aquae omnes, quae super coelos sunt, Domino: benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite sol et luna Domino: benedicite omnes stellae coeli Domino.

Benedicite omnis imber et ros Domin o: benedicite omnes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis et aestus Domino: benedicite frigus et aestus Domino.

Benedicite rores et pruina Domino: benedicite gelu et frigus Domino.

Benedicite glacies et nives Domino: benedicite noctes et dies Domino.

Benedicite lux et tenebrae Domino: benedicite fulgura et nubes Domino.

Benedicat terra Dominum: laudet et superexaltet eum in saecula.

Benedicite montes et colles Domino: benedicite universa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino: benedicite maria et flumina Domino.

Benedicite cete, et omnia, quae moventur in aquis, Domino: benedicite omnes volucres coeli Domino.

Benedicite omnes bestiae, et pecora Domino: benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Jsrael Dominum: laudet et superexaltet eum in saecula.

Benedicite sacerdotes Domini Domino: benedicite servi Domini Domino.

Benedicite spiritus et animae justorum Domino: benedicite sancti et humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino: laudate et superexaltate eum in saecula.

Benedicamus Patrem, et Filium cum sancto Spiritu, laudemus et superexaltemus eum in saecula.

Benedictus es, Domine, in firmamento coeli: et laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus in saecula.

Antiph. Benedicite Dominum omnes electi ejus: agite dies laetitiae, et confitemini illi.

V. Dominus vobiscum;
R. Et cum spiritu tuo.

Oremus: Deus, qui miro ordine Angelorum ministeria hominumque dispensas: concede propitius, ut, a quibus tibi ministrantibus in coelo semper assistitur ab his in terra vita nostra muniatur. Per Christum Dom. nostr. R. Amen.

Der Priester macht mit dem hölzernen Kreuz das hl. Kreuzzeichen über's Grab:

Signum Salvatoris Domini nostri Jesu Christi † sit signatum super te, qui in hac

imagine redemit te, nec permittat introire Angelum percutientem in aeternum. Pax tecum. (Der Priester aspergirt das Grab).

Andächtige in Christo dem Herrn!

Auch am Grabe dieses unschuldigen Kindes werden wir an die Hinfälligkeit und Gebrechlichkeit des menschlichen Lebens erinnert. Niemand weiß den Tag oder die Stunde, wann er von Gott aus dieser Welt abberufen wird. Lasset uns daher wachsam sein, und Gott um die Gnade bitten, daß wir ein unschuldiges oder doch bußfertiges Leben führen, daß wir auf den Wegen der Gottesfurcht wandeln und einst eines guten Todes sterben, um mit diesem Kinde und allen Heiligen die Krone der ewigen Seligkeit zu erlangen. Gedenket zugleich im Gebete aller derjenigen, die auf diesem Gottesacker ruhen und insbesondere jener, welche aus der Verwandtschaft dieses Kindes bereits verschieden sind. Betet mit mir ein andächtiges Vater unser und Ave Maria.

III.

Gottesdienstliche Verrichtungen.

Officium Defunctorum.

Antiph. Placebo Domino.

Psalmus 114.

Dilexi, quoniam exaudiet Dominus * vocem orationis meae.

Quia inclinavit aurem suam mihi: * et in diebus meis invocabo.

Circumdederunt me dolores mortis: * et pericula inferni invenerunt me.

Tribulationem et dolorem inveni: * et nomen Domini invocavi.

O Domine libera animam meam: * misericors Dominus, et justus, et Deus noster miseretur.

Custodiens parvulos Dominus: * humiliatus sum, et liberavit me.

Convertere anima mea in requiem tuam: * quia Dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte: * oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapsu.

Placebo Domino * in regione vivorum.
Requiem aeternam, * dona eis Domine.
Et lux perpetua, * luceat eis,
Antiph. Placebo Domino in regione vivorum.

Antiph. Heu mihi Domine.

Psalmus 119.

Ad Dominum cum tribularer clamavi: * et exaudivit me.
Domine libera animam meam a labiis iniquis: et a lingua dolosa.
Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: * ad linguam dolosam?
Sagittae potentis acutae: * cum carbonibus desolatoriis.
Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus Cedar: * multum incola fuit anima mea.
Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: * cum loquebar illis, impugnabant me gratis.
Requiem aeternam.
Antiph. Heu mihi Domine, quia incolatus meus prolongatus est.

Antiph. Dominus custodit te.

Psalmus 120.

Levavi oculos meos in montes, * unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a Domino, * qui fecit coelum et terram.

Non det in commotionem pedem tuum: * neque dormitet, qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet, * qui custodit Jsrael.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua: * super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te: * neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo; * custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, et exitum tuum: * ex hoc nunc, et usque in saeculum.

Requiem aeternam.

Antiph. Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.

Antiph. Si iniquitates.

Psalmus 129.

De profundis clamavi ad te Domine: * Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuae intendentes, * in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris Domine: * Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: * et propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: * speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem, * speret Jsrael in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: * et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Jsrael: * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem aeternam.

Antiph. Si iniquitates observaveris Domine, Domine quis sustinebit?

Antiph. Opera.

Psalmus 137.

Confitebor tibi Demine in toto corde meo: * quoniam audisti verba oris mei.

Jn conspectu Angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua, et veritate tua: quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum.

Jn quacumque die invocavero te, exaudi me, * multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi Domine omnes reges terrae: * quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cantent in viis Domini: * quoniam magna est gloria Domini.

Quoniam excelsus Dominus, et humilia respicit: * et alta a longe cognoscit.

Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me: et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, et salvum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me: * Domine, misericordia tua in saeculum: opera manuum tuarum ne despicias.

Requiem aeternam.

Antiph. Opera manuum tuarum Domine ne despicias.

V. Audivi vocem de coelo dicentem mihi.

R. Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

Antiph. Omne.

Canticum B. Mariae virg. Auc. I, c.

Magnificat anima mea Dominum: * et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillae suae: * ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est: * et sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus a progenie in progenies * timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: * dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede: * et exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis: * et divites dimisit inanes.

Suscepit Jsrael puerum suum: * recordatus misericordiae suae.

Sicut locutus est ad patres nostros: * Abraham, et semini ejus in saecula.

Requiem aeternam.

Antiph. Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: et eum qui venit ad me, non ejiciam foras.

Preces infra scriptae dicuntur flexis genibus, similiter et ad Laudes.

Pater noster.
V. Et ne nos inducas in tentationem;
R. Sed libera nos a malo.

Psalmus 145.

Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum vita mea: * psallam Deo meo quamdiu fuero.

Nolite confidere in principibus * in filiis hominum, in quibus non est salus.

Exibit spiritus ejus, et revertetur in terram suam: * in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beatus, cujus Deus Jacob adjutor ejus, spes in Domine Deo ipsius: * qui fecit coelum et terram, mare et omnia, quae in eis sunt.

Qui custodit veritatem in saeculum, facit judicium injuriam patientibus; * dat escam esurientibus.

Dominus solvit compeditos: * Dominus illuminat caecos.

Dominus erigit elisos, * Dominus diligit justos.

Dominus custodit advenas, pupillum et viduam suscipiet: * et vias peccatorum disperdet.

Regnabit Dominus in saecula, Deus tuus Sion * in generationem et generationem.

Cujus loco et Laudes dicitur Psalm. De profundis 157, qui Psalmi non dicuntur in die omnium fidelium defunctorum.

Requiem aeternam, dona eis Domine.
Et lux perpetua luceat eis.
V. A porta inferi. R. Erue Domine animas eorum. V. Requiescant in pace. R. Amen. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Deus, qui inter Apostolicos sacerdotes, famulos tuos pontificali, seu sacerdotali, fecisti dignitate vigere: praesta quaesumus, ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio.

Deus, veniae largitor et humanae salutis amator: quaesumus clementiam tuam, ut nostrae congregationis fratres, propinquos, et benefactores, qui ex hoc saeculo transierunt, Beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuae beatitudinis consortium pervenire concedas.

Fidelium Deus omnium Conditor et Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus conse-

quantur. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. R. Amen.

Jn die vero Commemorationis omnium fidelium Defunctorum, quando dicitur haec ultima tantum Oratio, dicitur :

Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. R. Amen.

Jn die depositionis defuncti, Oratio.

Absolve, quaesumus Domine, animam famuli tui N., ut defunctus saeculo, tibi vivat: et quae per fragilitatem carnis humana conversatione commisit, tu venia misericordissimae pietatis absterge. Per Dominum nostrum.

Si fuerit femina, dicatur animam famulae tuae N., ut defuncta.

Jn anniversario die, Oratio.

Deus indulgentiarum Domine, da animabus famulorum famularumque tuarum, quorum anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et luminis claritatem. Per Dominum nostrum.

Si pro uno tantum fit Anniversarium, dicatur in singulari numero.

Pro uno Episcopo defuncto: Oratio.

Deus qui inter Apostolicos sacerdotes, famulum tuum N. pontificali fecisti digni-

tate vigere: praesta quaesumus, ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Dominum nostrum.

Si fuerit Sacerdos, dicatur, sacerdotali fecisti etc.

Pro fratribus vero et familiaribus, vel benefactoribus, dicitur Oratio: Deus veniae largitor, ut supra.

Pro patre et matre, Oratio.

Deus qui nos patrem et matrem honorare praecepisti: miserere clementer animabus patris ac matris meae, eorumque peccata dimitte: meque eos in aeternae claritatis gaudio fac videre. Per Dominum nostrum.

Si fit pro pluribus, dicatur, animabus parentum nostrorum; et ubi dicitur meque, dicatur nosque.

Si pro patre tantum, dicatur animae patris mei vel nostri.

Si pro matre tantum, dicatur, animae matris meae, vel nostrae.

Pro uno defuncto, Oratio.

Jnclina Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: ut animam famuli tui, quam de hoc saeculo migrare jussisti, in pacis ac lucis regione constituas; et Sanctorum tuorum jubeas esse consortem. Per Dominum nostrum.

Pro una defuncta, Oratio.

Quaesumus Domine, pro tua pietate miserere animae famulae tuae: et a contagisi

mortalitatis exutam, in aeternae salvationis partem restitue. Per Dominum nostrum.

V. Requiem aeternam dona eis Domine. R. Et lux perpetua luceat eis. V. Requiescant in pace. R. Amen.

Ad Matutinum Jnvitatorium.

Regem, cui omnia vivunt * Venite adoremus.

Psalmus 94.

Venite, exultemus Domino, jubilemus Deo salutari nostro: praeoccupemus faciem ejus in confessione, et in psalmis jubilemus ei.

Regem, cui omnia vivunt, * venite adoremus.

Quoniam Deus magnus Dominus, et rex magnus super omnes deos: quoniam non repellet Dominus plebem suam, quia in manu ejus sunt omnes fines terrae, et altitudines montium ipse conspicit.

Antiph. Venite adoremus.

Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, et aridam fundaverunt manus ejus venite adoremus, et procidamus ante Deum: ploremus coram Domino, qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster: nos autem populus ejus, et oves pascuae ejus.

Regem, cui omnia vivunt, * venite adoremus.

Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto: ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt et viderunt opera mea.

Antiph. Venite adoremus.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, et dixi, semper hi errant corde: ipsi vero non cognoverunt vias meas, quibus juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.

Regem, cui omnia vivunt, * venite adoremus.

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis.

Antiph. Venite adoremus.

Regem, cui omnia vivunt, * venite adoremus.

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis. Venite adoremus. Regem, cui omnia vivunt, * venite adoremus.

Hoc invitatorium dicitur tantum in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, et in die depositionis Defuncti; quibus diebus dicuntur tres infra scripti Nocturni, et Antiphonae duplicantur. Aliis temporibus dicitur tantum unum Nocturnum, cum Laudibus, hoc ordine: Feria II. et V. primum Nocturnum: Feria III et VI. secundum Nocturnum. Feria IV. et Sabbato tertium Nocturnum.

Jn primo nocturno.

Pro Feria secunda et quinta Ant. Dirige.

Psalmus 5.

Verba mea auribus percipe Domine: * intellige clamorem meum.

Jntende voci orationis meae: * Rex meus et Deus meus.

Quoniam ad te orabo: * Domine mane exaudies vocem meam.

Mane adstabo tibi et videbo: * quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit juxta te malignus: * neque permanebunt injusti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: * perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus: * ego autem in multitudine misericordiae tuae.

Jntroibo in domum tuam: * adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in justitia tua: * propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas: * cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant: * judica illos Deus.

Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: * quoniam irritaverunt te Domine.

Et laetentur omnes, qui sperant in te: * in aeternum exultabunt, et habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: * quoniam tu benedices justo.

Domine, ut scuto bonae voluntatis tuae: * coronasti nos.

Requiem aeternam.

Antiph. Dirige Domine Deus meus in conspectu tuo viam meam.

Antiph. Convertere.

Psalmus 6.

Domine, ne in furore tuo arguas me: * neque in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: * sed tu Domine usquequo?

Convertere, Domine, et eripe animam meam: * salvum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: * in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: * lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus: * inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: * quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam:* Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei: * convertantur et erubescant valde velociter.

Requiem aeternam.

Antiph. Convertere Domine, et eripe animam meam: quoniam non est in morte qui memor sit tui.

Antiph. Nequando.

Psalmus 7.

Domine Deus meus, in te speravi: * salvum me fac ex omnibus persequentibus me, et libera me.

Nequando rapiat ut leo animam meam, * dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.

Domine Deus meus, si feci istud, * si est iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuentibus mihi mala, * decidam merito ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus animam meam et conculcet in terra vitam meam: * et gloriam meam in pulverem deducat.

Exurge Domine in ira tua: * et exaltare in finibus inimicorum meorum.

Et exurge Domine Deus meus in praecepto quod mandasti: * et synagoga populorum circumdabit te.

Et propter hanc in altum regredere: * Dominus judicat populos.

Judica me Domine secundum justitiam meam, * et secundum innocentiam meam super me.

Consumetur nequitia peccatorum, et dirriges justum, * scrutans corda et renes Deus.

Justum adjutorium meum a Domino, * qui salvos facit rectos corde.

Deus judex justus, fortis, et patiens, * numquid irascitur per singulos dies?

Nisi conversi fueritis, gladium suum vibravit: * arcum suum tetendit, et paravit illum.

Et in eo paravit vasa mortis, * sagittas suas ardentibus effecit.

Ecce parturiit injustitiam: * concepit dolorem, et peperit iniquitatem.

Lacum aperuit, et effudit eum: et incidit in foveam, quam fecit.

Convertetur dolor ejus in caput ejus: * et in verticem ipsius iniquitas ejus descendet.

Confitebor Domino secundum justitiam ejus: * et psallam nomini Domini altissimi.

Requiem aeternam.

Antiph. Nequando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat. neque qui salvum faciat,

V. A porta inferi. R. Erue Domine animas eorum. Pater noster.

Lectiones leguntur sine Absolutione, Benedictionibus, et Titulo.

Lectio 1. Job. 7. d.

Parce mihi Domine, nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo, et subito probas illum: Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me, ut glutiam salivam meam? Peccavi, quid faciam tibi, o custos hominum? quare posuisti me contrarium tibi, et factus sum mihimetipsi gravis? Cur non tollis peccatum meum, et quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in pulvere dormiam, et si mane me quaesieris, non subsistam.

Lectiones terminantur sine Tu autem, vel alia conclusione.

R. Credo quod Redemptor meus vivit: et in novissimo die de terra surrecturus sum: * Et in carne mea videbo Deum Salvatorem meum. R. Quem visurus sum ego ipse, et non alius, et oculi mei conspecturi sunt. * Et in carne..

Lectio 2. Job. 10.

Taedet animam meam vitae meae, dimittam adversum me eloquium meum, loquar in amaritudine animae meae. Dicam Deo: Noli me condemnare: indica mihi, cur me ita judices. Numquid bonum tibi videtur, si calumnieris me, et opprimas me opus manuum tuarum, et consilium impiorum adjuves? Numquid oculi carnei tibi sunt:

aut sicut videt homo, et tu videbis? Numquid sicut dies hominis dies tui, et anni tui sicut humana sunt tempora, ut quaeras iniquitatem meam, et peccatum meum scruteris? Et scias, quia nihil impium fecerim, cum sit nemo qui de manu tua possit eruere.

R. Qui Lazarum resuscitasti a monumento foetidum: * Tu eis Domine dona requiem, et locum indulgentiae. V. Qui venturus es judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. * Tu eis..

Lectiio 3. Job. 10. b.

Manus tuae fecerunt me, et plasmaverunt me totum in circuitu: et sic repente praecipitas me? Memento quaeso quod sicut lutum feceris me, et in pulverem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti? Pelle et carnibus vestisti me: ossibus et nervis compegisti me. Vitam et misericordiam tribuisti mihi, et visitatio tua custodivit spiritum meum.

R. Domine, quando veneris judicare terram, ubi me abscondam a vultu irae tuae? * Quia peccavi nimis in vita mea.

V. Commissa mea pavesco, et ante te erubesco: dum veneris judicare, noli me condemnare. Quia. V. Requiem aeternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis. Quia peccavi.

Postea ad laudes ut infra quando dicitur unum tantum Nocturnum.

Jn II. Nocturno.

Pro Feria tertia et sexta.

Antiph. Jn loco pascuae.

Psalmus 22.

Dominus regit me, et nihil mihi deerit: * in loco pascuae ibi me collocavit.

Super aquam refectionis educavit me: * animam meam convertit.

Deduxit me super semitas justitiae, * propter nomen suum.

Nam, et si ambulavero in modio umbrae mortis, non timebo mala: * quoniam tu mecum es.

Virga tua, et baculus tuus, * ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam, * adversus eos, qui tribulant me.

Jmpinguasti in oleo caput meum: * et calix meus inebrians quam praeclarus est!

Et misericordia tua subsequetur me * omnibus diebus vitae meae.

Et ut inhabitem in domo Domini, * in longitudinem dierum.

Requiem aeternam.

Antiph. Jn loco pascuae ibi me collocavit.

Antiph. Delicta.

Psalmus 24.

Ad te Domine levavi animam meam: * Deus meus in te confido. non erubescam.

Neque irrideant me inimici mei: * etenim universi, qui sustinent te, non confundentur.

Confundantur omnes iniqua agentes * supervacue.

Vias tuas Domine demonstra mihi: * et semitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua, et doce me: * quia tu es Deus salvator meus, et te sustinui tota die.

Reminiscere miserationum tuarum Domine, * et misericordiarum tuarum, quae a saeculo sunt.

Delicta juventutis meae, * et ignorantias meas ne memineris.

Secundum misericordiam tuam memento mei tu: * propter bonitatem tuam Domine.

Dulcis et rectus Dominus, * propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget mansuetos in judicio: * docebit mites vias suas.

Universae viae Domini, misericordia et veritas, * requirentibus testamentum ejus, et testimonia ejus.

Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: * multum est enim.

Quis est homo qui timet Dominum? * legem statuit et in via, quam elegit.

Anima ejus in bonis demorabitur: * et semen ejus haereditabit terram.

Firmamentum est Dominus timentibus eum: * et testamentum ipsius ut manifestetur illis.

Oculi mei semper ad Dominum: * quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.

Respice in me, et miserere mei: * quia unicus et pauper sum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt: * de necessitatibus meis erue me.

Vide humilitatem meam, et laborem meum: * et dimitte universa delicta mea.

Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, * et odio iniquo oderunt me.

Custodi animam meam, et erue me: * non erubescam, quoniam speravi in te.

Jnnocentes et recti adhaeserunt mihi: * quia sustinui te.

Libera Deus Jsrael, * ex omnibus tribulationibus suis.

Requiem aeternam.

Antiph. Delicta juventutis meae, et ignorantias meas ne nemineris Domine.

Antiph. Credo videre.

Psalmus 26.

Dominus illuminatio mea, et salus mea, * quem timebo.

Dominus protector vitae meae, * a quo trepidabo?

Cum appropiant super me nocentes, * ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei, * ipsi infirmati sunt, et ceciderunt.

Si consistant adversum me castra, * non timebit cor meum.

Si exurgat adversum me praelium, * in hoc ego sperabo.

Unam petii a Domino, hanc requiram, * ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitae meae.

Ut videam voluptatem Domini, * et visitem templum ejus.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: * in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

Jn petra exaltavit me: * et nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.

Circuivi, et immolavi in tabernaculo ejus hostiam vociferationis: * cantabo, et psalmum dicam Domino.

Exaudi Domine vocem meam, qua clamavi ad te: * miserere mei, et exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea: * faciem tuam Domine requiram.

Ne avertas faciem tuam a me: * ne declines in ira a servo tuo.

Adjutor meus esto: * ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me: * Dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi Domine in via tua: *

et dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me: * quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona Domini * in terra viventium.

Expecta Dominum, viriliter age: * et confortetur cor tuum, et sustine Dominum.

Requiem aeternam.

Antiph. Credo videre bona Domini in terra viventium.

V. Collocet eos Dominus cum principibus. R. Cum principibus populi sui. Pater noster.

Lectio 4. Job. 13, d.

Responde mihi: Quantas habeo iniquitates et peccata, scelera mea et delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis, et arbitraris me inimicum tuum? Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, et stipulam siccam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines, et consumere me vis peccatis adolescentiae meae. Posuisti in nervo pedem meum; et observasti omnes semitas meas, et vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum, et quasi vestimentum quod comeditur ad tinea:

R. Memento mei Deus, quia ventus est vita mea, * Nec aspiciat me visus hominis. V. De profundis clamavi ad te Domine, Domine exaudi vocem meam. Nec aspiciat..

Lectio 5. Job. 14.

Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur, et conteritur, et fugit velut umbra, et numquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super hujuscemodi aperire oculos tuos, et adducere eum tecum in judicium? Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu, qui solus es? Breves dies hominis sunt, numerus mensium ejus apud te est: constituisti terminos ejus, qui praeteriri non poterunt. Recede paululum ab eo, ut quiescat, donec optata veniat sicut mercenarii dies ejus.

R. Heu mihi Domine, quia peccavi nimis in vita mea. Quid faciam miser? ubi fugiam, nisi ad te Deus meus? * Miserere mei, dum veneris in novissimo die.

V. Anima mea turbata est valde, sed tu Domine succurre ei. Miserere.

Lectio 6. Job. 14. c.

Quis mihi hoc tribuat, ut inferno protegas me, et abscondas me, donec pertranseat furor tuus, et constituas mihi tempus, in quo recorderis mei? Putasne mortuus homo rursum vivat? Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, et ergo respondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu

quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis.

R. Ne recorderis peccata mea Domine, * dum veneris judicare saeculum per ignem. V. Dirige Domine Deus meus in conspectu tuo viam meam. Dum veneris. V. Requiem aeternam. Dum veneris.

Postea ad Laudes, ut infra 147, quando dicitur unum tantum Nocturnum.

Jn III. Nocturno.

Pro Feria quarta et Sabbato.

Antiph. Complaceat.

Psalmus 39.

Expectans exspectavi Dominum, * et intendit mihi.

Et exaudivit preces meas: * et eduxit me de lacu miseriae, et de luto faecis.

Et statuit super petram pedes meos: * et direxit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum novum, * carmen Deo nostro.

Videbunt multi, et timebunt: * et sperabunt in Domino.

Beatus vir, cujus est nomen Domini spes ejus: * et non respexit in vanitates et insanias falsas.

Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua: * et cogitationibus tuis non est, qui similis sit tibi.

Annuntiavi, et locutus sum: * multiplicati sunt super numerum.

Sacrificium et oblationem noluisti: * aures autem perfecisti mihi.

Holocaustum et pro peccato non postulasti: * tunc dixi: Ecce venio.

Jn capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam; * Deus meus volui, et legem tuam in medio cordis mei.

Annuntiavi justitiam tuam in Ecclesia magna, * ecce labia mea non prohibebo: Domine tu scisti.

Justitiam tuam non abscondi in corde meo: * veritatem tuam et salutare tuum dixi.

Non abscondi misericordiam tuam, et veritatem tuam, * a concilio multo.

Tu autem Domine ne longe facias miserationes tuas a me: * misericordia tua et veritas tua semper susceperunt me.

Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus: * comprehenderunt me iniquitates meae, et non potui ut viderem.

Multiplicatae sunt super capillos capitis mei: * et cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi Domine ut eruas me, * Domine, ad adjuvandum me respice.

Confundantur et revereantur simul, qui quaerunt animam meam, * ut auferant eam.

Convertantur retrorsum, et revereantur, * qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusionem suam, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent, et laetentur super te omnes quaerentes te: * et dicant semper: Magnificetur Dominus: qui diligunt salutare tuum.

Ego autem mendicus sum, et pauper: * Dominus sollicitus est mei.

Adjutor meus, et protector meus tu es: * Deus meus ne tardaveris.

Requiem aeternam.

Antiph. Complaceat tibi Domine, ut eripias me: Domine ad adjuvandum me rcspice.

Antiph. Sana Domine.

Psalmus 40.

Beatus qui intelligit super egenum et pauperem: * in die mala liberabit eum Dominus.

Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra: * et non tradat eum in animam inimicorum ejus.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus: * universum stratum ejus versasti infirmitate ejus.

Ego dixi: Domine miserere mei: * sana animam meam, quia peccavi tibi.

Jnimici mei dixerunt mala mihi: * Quando morietur, et peribit nomen ejus?

Et si ingrediebatur ut videret, vana lo-

quebatur, * cor ejus congregavit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras, * et loquebatur in idipsum.

Adversum me susurrabant omnes inimici mei: * adversum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt adversum me: * Numquid qui dormit, non adjiciet ut resurgat?

Etenim homo pacis meae, in quo speravi, * qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.

Tu autem Domine miserere mei, et resuscita me, * retribuam eis.

Jn hoc cognovi, quoniam voluisti me: * quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti: * et confirmasti me in conspectu tuo in aeternum.

Benedictus Dominus Deus Jsrael a saeculo, et usque in saeculum: * fiat, fiat.

Requiem aeternam.

Antiph. Sana Domine animam meam, quia peccavi tibi.

Antiph. Sitivit.

Psalmus 41.

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: * ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fortem vi-

vum: * quando veniam et apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrymae meae panes die ac nocte, * dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus?

Haec recordatus sum, et effudi in me animam meam: * quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei

Jn voce exultationis, et confessionis, * sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea? * et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: * salutare vultus mei, et Deus meus.

Ad me ipsum anima mea conturbata est: * propterea memor ero tui de terra Jordanis, et Hermoniim a monte modico.

Abyssus abyssum invocat, * in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, et fluctus tui * super me transierunt.

Jn die mandavit Dominus misericordiam suam * et nocte canticum ejus.

Apud me oratia Deo vitae meae, * dicam Deo: Susceptor meus es.

Quare oblitus es mei: * et quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea, * exprobraverunt mihi qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies: Ubi est Deus tuus? * quare tristis es anima mea? et quare conturbas me.

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: * salutare vultus mei, et Deus meus.

Requiem aeternam.

Antiph. Sitivit anima mea ad Deum vivum: quando veniam, et apparebo ante faciem Domini?

V. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi. R. Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem. Pater noster.

Lectio 7. Job. 17.

Spiritus meus attenuabitur, dies mei breviabuntur, et solum mihi superest sepulchrum. Non peccavi, et in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me Domine, et pone me juxta te, et cujusvis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt, cogitationes meae dissipatae sunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, et rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero, infernus domus mea est, et in tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi, Pater meus es: Mater mea, et soror mea, vermibus. Ubi est ergo nunc praestolatio mea, et patientiam meam quis considerat?

R. Peccantem me quotidie, et non me poenitentem, timor mortis conturbat me: * quia in inferno nulla est redemptio, miserere mei Deus, et salva me.

V. Deus in nomine tuo salvum me fac, et in virtute tua libera me. Quia.

Lectio 8. Job. 19, c.

Pelli meae, consumptis carnibus, adhaesit os meum, et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Quare persequimini me sicut Deus, et carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat ut scribantur sermones mei? quis mihi det ut exarentur in libro stylo ferreo, et plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice? Scio enim quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum: et rursum circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum. Quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspecturi sunt, et non alius: reposita est haec spes mea in sinu meo.

R. Domine, secundum actum meum noli me judicare: nihil dignum in conspectu tuo egi: ideo deprecor majestatem tuam, * ut tu Deus deleas iniquitatem meam.

V. Amplius lava me Domine ab injustitia mea, et a delicto meo munda me. Ut tu Deus.

Lectio 9. Job. 10, d.

Quare de vulva eduxisti me? qui utinam consumptus essem ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem, de utero translatus ad tumulum. Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? Dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem

meum: antequam vadam, et non revertar ad terram tenebrosam: et opertam mortis caligine: terram miseriae et tenebrarum, ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

R. Libera me Domine de viis inferni, qui portas aereas confregisti: et visitasti infernum, et dedisti eis lumen, ut viderent te: * qui erant in poenis tenebrarum.

V. Clamantes et dicentes: Advenisti Redemptor noster Qui erant.

V. Requiem aeternam. Qui erant.

Sequens R. dicitur solummodo in die Commemor. Omnium Defunctorum, et quandocumque pro defunctis dicuntur novem Lectiones.

R. Libera me Domine de morte aeterna in die illa tremenda: * Quando coeli movendi sunt et terra: * dum veneris judicare saeculum per ignem. V. Tremens factus sum ego, et timeo, dum discussio venerit, atque ventura ira. Quando. V. Dies illa, dies irae, calamitatis et miseriae, dies magna et amara valde. Dum veneris. V. Requiem aeternam. Libera me.

Ad Laudes

Antiph. Exultabunt Domino.

Psalmus 50.

Miserere mei Deus, * secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: * et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: * et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: * ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: * et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: * incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor: * lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et laetitiam: * et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: * et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua: * et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi laetitiam salutaris tui: * et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: * et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meae: * et exultabit lingua mea justitiam tuam

Domine labia mea aperies: * et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo Spiritus contribulatus: * cor contritum et humiliatum Deus non despicies.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: * ut aedificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiae, oblationes, et holocausta: * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Requiem aeternam.

Antiph. Exultabunt Domino ossa humiliata.

Antiph. Exaudi Domine.

Psalmus 64.

Te decet hymnus Deus in Sion: * et tibi reddetur votum in Jerusalem.

Exaudi orationem meam: * ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum praevaluerunt super nos: * et impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus, quem elegisti, et assumpsisti: * inhabitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuae: * sanctum est templum tuum, mirabile in aequitate.

Exaudi nos Deus salutaris noster, * spes omnium finium terrae, et in mari longe.

Praeparans montes in virtute tua, accinctus potentia: * qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum ejus.

Turbabuntur gentes, et timebunt qui habitant terminos a signis tuis: * exitus matutini et vespere delectabis.

Visitasti terram, et inebriasti eam: * multiplicasti locupletare eam.

Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum: * quoniam ita est praeparatio ejus.

Rivis ejus inebria, multiplica genimina ejus: * in stillicidiis ejus laetabitur germinans.

Benedices coronae anni benignitatis tuae: * et campi tui replebuntur ubertate.

Pinguescent speciosa deserti: * et exultatione colles accingentur.

Jnduti sunt arietes ovium, et valles abundabunt frumento: * clamabunt, etenim hymnum dicent.

Requiem aeternam.

Antiph. Exaudi Domine orationem meam, ad te omnis caro veniet.

Antiph. Me suscepit.

Psalmus 62.

Deus Deus meus * ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea, * quam multipliciter tibi caro mea.

Jn terra deserta, et invia, et inaquosa: * sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam et gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: * labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: * et in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea: * et labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui semper stratum meum, in matutinis meditabor in te: * quia fuisti adjutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhaesit anima mea post te: * me suscepit dextera tua.

Jpse vero in vanum quaesierunt animam meam introibunt in inferiora terrae: * tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex vero laetabitur in Deo, laudabuntur omnes qui jurant in eo: * quia obstructum est os loquentium iniqua.

Psalmus 66.

Deus misereatur nostri, et benedicat nobis: * illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: * in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: * confiteantur tibi populi omnes.

Laetentur et exultent Gentes * quoniam judicas populos in aequitate, et Gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: * et metuant eum omnes fines terrae.

Requiem aeternam.

Antiph. Me suscepit dextera tua Domine.

Antiph. A porta inferi.

Canticum Ezechiae. Jsai. 38, b.

Ego dixi: Jn dimidio dierum meorum: * vadam ad portas inferi.

Quaesivi residuum annorum meorum: * dixi: Non videbo Dominum Deum in terra viventium.

Non aspiciam hominem ultra, * et habitatorem quietis.

Generatio mea ablata est; convoluta est a me, * quasi tabernaculum pastorum.

Praecisa est velut a texente, vita mea: dum adhuc ordirer, succidit me: * de mane usque ad vesperam finies me.

Sperabam usque ad mane: * quasi leo sic contrivit omnia ossa mea.

De mane usque ad vesperam finies me: * sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor ut columba.

Attenuati sunt oculi mei, * suscipientes in excelsum;

Domine vim patior, responde pro me. * Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerit?

Recogitabo tibi omnes annos meos * in amaritudine animae meae.

Domine si sic vivitur, et in talibus vita spiritus mei, corripies me, et vivificabis me. * Ecce in pace amaritudo mea amarissima.

Tu autem eruisti animam meam ut non periret, * projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: * non expectabunt qui descendunt in lacum, viritatem tuam.

Vivens vivens ipse confitebitur tibi, sicut et ego hodie: * pater filiis notam faciet veritatem tuam.

Domine salvum me fac, * et psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitae nostrae in domo Domini.

Requiem aeternam.

Antiph. A porta inferi erue Domine animam meam.

Antiph. Omnis spiritus.

Psalmus 148.

Laudate Dominum de coelis: * laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus: * laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol et luna: * laudate eum omnes stellae et lumen.

Laudate eum coeli coel orum: * et aquae

omnes, quae super coelos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandavit et creata sunt.

Statuit ea in aeternum, et in saeculum saeculi: * praeceptum posuit, et non praeteribit.

Laudate Dominum de terra, * dracones, et omnes abyssi.

Jgnis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: * quae faciunt verbum ejus.

Montes et omnes colles: * ligna fructifera, et omnes cedri.

Bestiae, et universa pecora: * serpentes et volucres pennatae.

Reges terrae, et omnes populi: * principes, et omnes judices terrae.

Juvenes, et virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini: * quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super coelum et terram: * et exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus: * filiis Jsrael, populo appropinquanti sibi.

Psalmus 149.

Cantate Domino canticum novum: * laus ejus in ecclesia sanctorum.

Laetetur Jsrael in eo, qui fecit eum: * et filii Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: * in tympano et psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo: * et exaltabit mansuetos in salutem.
Exultabunt sancti in gloria: * laetabuntur in cubilibus suis.
Exultationes Dei in gutture corum: * et gladii ancipites in manibus eorum.
Ad faciendam vindictam in nationibus: * increpationes in populis.
Ad alligandos reges eorum in compedibus: * et nobiles eorum in manicis ferreis.
Ut faciant in eis judicium conscriptum: * gloria haec est omnibus sanctis ejus.

Psalmus 150.

Laudate Dominum in sanctis ejus: * laudate eum in firmamento virtutis ejus.
Laudate eum in virtutibus ejus: * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.
Laudate eum in sono tubae: * laudate eum in psalterio, et cithara.
Laudate eum in tympano, et choro: * laudate eum in chordis, et organo.
Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis jubilationis: * omnis spiritus laudet Dominum.
Requiem aeternam.
Antiph. Omnis spiritus laudet Dominum.
V. Audivi vocem de coelo dicentem mihi.
R. Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

Antiph. Ego sum.

Canticum Zachariae. Luc. 1, 9.

Benedictus Dominus Deus Jsrael, * quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suae.

Et erexit cornu salutis nobis, * in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum, * qui a saeculo sunt, prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris, * et de manu omnium, qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: * et memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum, * daturum se nobis.

Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, * serviamus illi.

Jn sanctitate et justitia coram ipso, * omnibus diebus nostris.

Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis: * praeibis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus, * in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiae Dei nostri: * in quibus visitavit nos, oriens ex alto.

Jlluminare his, qui in tenebris, et in umbra mortis sedent: * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Requiem aeternam

Antiph. Ego sum resurrectio, et vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: et omnis qui vivit, et credit in me, non morietur in aeternum.

Psalmus 129.

De profundis clamavi ad te Domine: * Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuae intendentes, * in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris Domine: * Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: * et propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: * speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem, * speret Jsrael in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: * et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Jsrael, * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem aeternam * dona eis Domine.

Et lux perpetua * luceat eis.

V. A porta inferi. R. Erue, Domine, animas eorum. V. Requiescant in pace. R. Amen. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Deus, qui inter Apostolicos sacerdotes famulos tuos Pontificali, seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: praesta quaesumus, ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio.

Deus, veniae largitor, et humanae salutis amator: quaesumus clementiam tuam; ut nostrae congregationis fratres, propinquos et benefactores, qui ex hoc saeculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis, ad perpetuae beatitudinis consortium pervenire concedas.

Fidelium Deus omnium Conditor et Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. R. Amen.

Jn die depositionis defuncti, Oratio

Absolve, quaesumus Domine animam famuli tui (famulae tuae) N., ut defunctus (defuncta) saeculo, tibi vivat: et quae per fragilitatem carnis humana conversatione commisit, tu venia misericordissimae pietatis absterge. Per Dominum nostrum.

Jn anniversario die, Oratio.

Deus indulgentiarum Domine, da animabus famulorum famularumque tuarum, quorum anniversarium depositionis diem commemoramus refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et luminis claritatem. Per Dominum nostrum.

Pro uno Episcopo defuncto: Oratio.

Deus qui inter Apostolicos sacerdotes, famulum tuum N. pontificali fecisti dignitate vigere: praesta quaesumus, et eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Dominum nostrum.

Pro patre et matre, Oratio.

Deus, qui nos patrem et matrem honorare praecepisti: miserere clementer animabus patris ac matris, eorumque peccata dimitte: meque eos in aeternae claritatis gaudio fac videre. Per Dominum nostrum.

Pro uno defuncto, Oratio.

Jnclina Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: ut animam famuli tui, quam de hoc saeculo migrare jussisti, in pacis ac lucis regione constituas; et Sanctorum tuorum jubeas esse consortem. Per Dominum.

Pro una defuncta, Oratio.

Quaesumus Domine, pro tua pietate miserere animae famulae tuae: et a contagiis mortalitatis exutam, in aeternae salvationis partem restitue. Per Dominum nostrum.

V. Requiem aeternam dona eis Domine. R. Et lux perpetua luceat eis. V. Requiescant in pace. R. Amen.

Die Miserere-Andacht oder die sieben Bußpsalmen.

Psalmus 6.

Domine, ne in furore Tuo arguas me, * neque in ira Tua corripias me.

Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum; * sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde; * sed tu Domine, usquequo?

Convertere, Domine, et eripe animam meam; * salvum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte, qui memor sit tui; * in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo; lavabo per singulas noctes lectum meum, * lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus; * inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem, * quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam; * Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant, et conturbentur vehementer omnes inimici mei; * convertantur et erubescant valde velociter.

Gloria Patri etc.

Psalmus 31.

Beati, quorum remissae sunt iniquitates, * et quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum; * nec est in spiritu ejus dolus.

Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, * dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua, * conversus sum in aerumna mea, dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci, * et injustitiam meam non abscondi.

Dixi: Confitebor adversum me injustitiam meam, Domino; * et tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus, * in tempore opportuno.

Verumtamen in diluvio aquarum multarum, * ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum a tribulatione, quae circumdedit me; * exultatio mea, erue me a circumdantibus me.

Jntellectum tibi dabo, et instruam te in via hac, qua gradieris; * firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus et mulus, * quibus non est intellectus.

Jn camo et fraeno maxillas eorum constringe, * qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris; * sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.

Laetamini in Domino, et exultate justi, * et gloriamini omnes recti corde.
Gloria Patri etc.

Psalmus 37.

Domine, ne in furore tuo arguas me; * neque in ira tua corripias me.
Quoniam sagittae tuae infixae sunt mihi; * et confirmasti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea a facie irae tuae; * non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.
Quoniam iniquitates meae supergressae sunt caput meum, * et sicut onus grave gravatae sunt super me.
Putruerunt et corruptae sunt cicatrices meae. * a facie insipientiae meae.
Miser factus sum, et curvatus sum usque in finem; * tota die contristatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, * et non est sanitas in carne mea.
Afflictus sum, et humiliatus sum nimis; * rugiebam a gemitu cordis mei.
Domine, ante te omne desiderium meum; * et gemitus meus a te non est absconditus.
Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea, * et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum.
Amici mei et proximi mei * adversum me appropinquaverunt, et steterunt.

Et, qui juxta me erant, de longe steterunt; * et vim faciebant, qui quaerebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, * et dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanquam surdus non audiebam, * et sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens, * et non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te, Domine, speravi; * tu exaudies me, Domine Deus meus.

Quia dixi: Nequando supergaudeant mihi inimici mei; * et dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum, * et dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo, * et cogitabo pro peccato meo.

Jnimici autem mei vivunt, et confirmati sunt super me; * et multiplicati sunt, qui oderunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi, * quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me, Domine Deus meus, * ne discesseris a me.

Jntende in adjutorium meum, * Domine Deus salutis meae.

Gloria Patri etc.

Psalmus 50.

Miserere mei, Deus, * secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea, * et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, * et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci, * ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas, cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, * et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti; * incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor; * lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et laetitiam; * et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis, * et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus, * et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua, * et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi laetitiam salutaris tui, * et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas; * et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meae; * et exultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine, labia mea aperies; * et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam, si voluisses sacrificium, dedissem utique, holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus; * cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies.

Benigne fac Domine, in bona voluntate tua Sion, * ut aedificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiae, oblationes, et holocausta; * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Gloria Patri etc.

Psalmus 101.

Domine, exaudi orationem meam; * et clamor meus ad te veniat.

Non avertas faciem tuam a me; * in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

Jn quacunque die invocavero te, * velociter exaudi me.

Quia defecerunt, sicut fumus, dies mei, * et ossa mea sicut cremium aruerunt.

Percussus sum ut foenum; et aruit cor meum, * quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei * adhaesit os meum carni meae.

Similis factus sum pellicano solitudinis, * factus sum sicut nycticorax in domicilio.

Vigilavi, * et factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei, * et qui laudabant me, adversum me jurabant.

Quia cinerem tanquam panem manducabam, * et potum meum cum fletu miscebam.

A facie irae et indignationis tuae, * quia elevans allisisti me.

Dies mei sicut umbra declinaverunt; * et ego sicut foenum arui.

Tu autem, Domine, in aeternum permanes, * et memoriale tuum in generationem et generationem.

Tu exsurgens misereberis Sion, * quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus, * et terrae ejus miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum, Domine, * et omnes reges terrae gloriam tuam.

Quia aedificavit Dominus Sion, * et videbitur in gloria sua.

Respexit in orationem humilium, * et non sprevit precem eorum.

Scribantur haec in generatione altera; * et populus, qui creabitur, laudabit Dominum.

Quia prospexit de excelso sancto suo, * Dominus de coelo in terram, aspexit,

Ut audiret gemitus compeditorum; * ut solveret filios interemtorum.

Ut annuntient in Sion nomen Domini, * et laudem ejus in Jerusalem.

Jn conveniendo populos in unum, * et reges, ut serviant Domino.

Respondit ei in via virtutis suae: * Paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

Ne revoces me in dimidio dierum meorum; * in generationem et generationem anni tui.

Jnitio tu, Domine, terram fundasti; * et opera manuum tuarum sunt coeli.

Jpsi peribunt; tu autem permanes: * et omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos, et mutabuntur, * tu autem ipse es, et anni tui non deficient.

Filii servorum tuorum habitabunt; * et semen eorum in saeculum dirigetur.

Gloria Patri etc.

Psalmus 129.

De profundis clamavi ad te, Domine; * Domine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuae intendentes, * in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris, Domine; * Domine, quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est, * et propter legem tuam sustinui te, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus, * speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem, * speret Jsrael in Domino.

Quia apud Dominum misericordia, * et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Jsrael, * ex omnibus iniquitatibus ejus.
Gloria Patri etc.

Psalmus 142.

Domine, exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua; * exaudi me in tua justitia.
Et non intres in judicium cum servo tuo, * quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.
Quia persecutus est inimicus animam meam, * humiliavit in terra vitam meam.
Collocavit me in obscuris sicut mortuos saeculi, * et anxiatus est super me spiritus meus: in me turbatum est cor meum.
Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis; * in factis manuum tuarum meditabar.
Expandi manus meas ad te; * anima mea, sicut terra sine aqua, tibi.
Velociter exaudi me, Domine; * defecit spiritus meus.
Non avertas faciem tuam a me; * et similis ero descendentibus in lacum.
Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, * quia in te speravi.
Notam fac mihi viam, in qua ambulem, * quia ad te levavi animam meam.
Eripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi; * doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam; * propter nomen tuum, Domine, vivificabis me in aequitate tua.

Educes de tribulatione animam meam, * et in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant animam meam, quoniam ego servus tuus sum.

Gloria Patri etc.

V. Domine non secundum peccata nostra facias nobis.
R. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.
V. Domine exaudi orationem meam;
R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus vobiscum;
R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui culpa offenderis, poenitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice: et flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur, averte.

Per Christum Dom. nostr.

R. Amen.
V. Divinum auxilium maneat semper nobiscum.
R. Amen.

Te Deum laudamus.

Te Dominum confitemur.
Te aeternum Patrem: omnis terra veneratur,
Tibi omnes Angeli: tibi coeli et universae potestates,
Tibi Cherubim et Seraphim: incessabili voce proclamant:
Sanctus, Sanctus, Sanctus: Dominus Deus Sabaoth!
Pleni sunt coeli et terra: majestatis gloriae tuae.
Te gloriosus Apostolorum chorus;
Te Prophetarum laudabilis numerus;
Te Martyrum candidatus laudat exercitus;
Te per orbem terrarum sancta confitetur ecclesia,
Patrem immensae majestatis,
Venerandum tuum, verum et unicum Filium,
Sanctum quoque Paraclitum Spiritum.
Tu Rex gloriae Christe,
Tu Patris sempiternus et Filius,
Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti Virginis uterum;
Tu devicto mortis aculeo: aperuisti credentibus regna coelorum.
Tu ad dexteram Dei sedes: in gloria Patris;
Judex crederis esse venturus.
Te ergo quaesumus, tuis famulis subveni: quos pretioso sanguine redemisti.
Aeterna fac cum Sanctis tuis: in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum Domine: et benedic haereditati tuae;
Et rege eos: et extolle illos usque in aeternum.
Per singulos dies benedicimus te:
Et laudamus nomen tuum in saeculum: et in saeculum saeculi.
Dignare, Domine, die isto: sine peccato nos custodire.
Miserere nostri, Domine: miserere nostri.
Fiat misericordia tua, Domine, super nos: quaemadmodum speravimus in te.
In te, Domine, speravi: non confundar in aeternum.
V. Benedicamus Patrem et Filium cum sancto Spiritu;
R. Laudemus et superexaltemus eum in saecula.
V. Domine exaudi orationem meam,
R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus vobiscum,
R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione verae, fidei, aeternae Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia majestatis adorare Unitatem: quaesumus, ut ejusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur adversis. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Vel alia Oratio.

Deus, cujus misericordiae non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus: piissimae Majestati tuae pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes, ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens ad praemia futura disponas. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Gebet für den König.

V. Domine, salvum fac servum tuum, regem nostrum (N.),
R. Deus meus, sperantem in te.
V. Dominus vobiscum,
R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Quaesumus, omnipotens Deus, ut famulus tuus N. rex noster, qui tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa; quibus decenter ornatus, et vitiorum monstra devitare, et ad Te, qui via, veritas et vita es, gratiosus valeat pervenire. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Veni St. Spiritus.

Chor: Reple tuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende, qui per

diversitatem linguarum cunctarum gentes in unitate fidei congregasti (alleluja, alleluja).
V. Emitte spiritum tuum et creabuntur;
R. Et renovabis faciem terrae.
V. Dominus vobiscum etc.

Oremus: Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere et de ejus semper consolatione gaudere. Per Chr.

Hymnus zum hl. Geist.

Veni sancte Spiritus.
Et emitte coelitus lucis tuae radium.
Veni pater pauperum, veni dator munerum,
veni lumen cordium.
Consolator optime, dulcis hospes animae,
dulce refrigerium.
Jn labore requies, in aestu temperies, in fletu solatium.
O lux beatissima, reple cordis intima tuorum fidelium.
Sine tuo numine, nihil est in homine, nihil est innoxium.
Lava, quod est sordidum, riga, quod est aridum, sana, quod est saucium.
Flecte, quod est rigidum, fove, quod est frigidum, rege, quod est devium.
Da tuis fidelibus, in te confidentibus, sacrum Septenarium.
Da virtutis meritum, da salutis exitum, da perenne gaudium. Amen. (Alleluja).

IV.

Litaneien.

Allerheiligen Litanei.

Herr, erbarme dich unser!
Christus, erbarme dich unser!
Herr, erbarme dich unser!
Christus, höre uns!
Christus, erhöre uns!
Gott Vater vom Himmel, erbarme dich unser!
Gott Sohn, Erlöser der Welt.
Gott heiliger Geist.
Heilige Dreifaltigkeit ein einiger Gott.
Heilige Maria. Bitt' für uns!
Heilige Gottes-Gebärerin.
Heilige Jungfrau aller Jungfrauen.
Heiliger Michael.
Heiliger Gabriel.
Heiliger Raphael.
Alle heiligen Engel und Erzengel. (Bittet)
Alle heiligen Chöre der seligen Geister.
Heiliger Johannes der Täufer.
Heiliger Joseph.
Alle heiligen Patriarchen und Propheten.
Heiliger Petrus.
Heiliger Paulus.

Heiliger Andreas.
Heiliger Jakobus.
Heiliger Johannes.
Heiliger Thomas.
Heiliger Jakobus.
Heiliger Philippus.
Heiliger Bartholomäus.
Heiliger Matthäus.
Heiliger Simon.
Heiliger Thaddäus.
Heiliger Mathias.
Heiliger Barnabas.
Heiliger Lukas.
Heiliger Markus.
Alle heiligen Apostel und Evangelisten.
Alle heiligen Jünger des Herrn.
Alle heiligen unschuldigen Kinder.
Heiliger Stephanus.
Heiliger Laurentius.
Heiliger Vinzentius.
Heiliger Fabianus und Sebastianus.
Heiliger Johannes und Paulus.
Heiliger Cosmas und Damianus.
Heiliger Gervasius und Protasius.
Alle heiligen Martyrer.
Heiliger Sylvester.
Heiliger Gregorius.
Heiliger Ambrosius.
Heiliger Augustin.
Heiliger Hieronymus.
Heiliger Martinus.
Heiliger Nikolaus.
Alle heiligen Bischöfe und Bekenner.

Alle heiligen Kirchenlehrer.
Heiliger Antonius.
Heiliger Benediktus.
Heiliger Bernardus.
Heiliger Dominikus.
Heiliger Franziskus.
Alle heiligen Priester und Leviten.
Alle heiligen Mönche und Einsiedler.
Heilige Maria Magdalena.
Heilige Agatha.
Heilige Lucia.
Heilige Agnes.
Heilige Cäcilia.
Heilige Katharina.
Heilige Anastasia.
Alle heiligen Jungfrauen und Wittfrauen.
Alle Heiligen Gottes.
Sei uns gnädig! Verschone uns, o Herr!
Sei uns gnädig! Erhöre uns, o Herr!
Von allem Uebel! Erlöse uns, o Herr!
Von aller Sünde.
Von deinem Zorne.
Von einem jähen und unversehenen Tode.
Von den Nachstellungen des Teufels.
Von Zorn, Haß und allem bösen Willen.
Vom Geiste der Unlauterkeit.
Von Blitz und Ungewitter.
Von Pest, Hunger und Krieg.
Von dem ewigen Tode.
Durch das Geheimniß deiner hl. Menschwerdung.
Durch deine Ankunft.
Durch deine Geburt.
Durch deine Taufe und dein heiliges Fasten.

Durch dein Kreuz und Leiden.
Durch deinen Tod und dein Begräbniß.
Durch deine heilige Auferstehung.
Durch deine wunderbare Himmelfahrt.
Durch die Ankunft des hl. Geistes, des Trösters.
Am Tage des Gerichtes.
Wir arme Sünder; wir bitten dich, erhöre uns!
Daß du uns verschonest.
Daß du uns verzeihest.
Daß du uns zur wahren Buße bringen wollest.
Daß du deine heilige Kirche regieren und erhalten wollest.
Daß du den apost. Oberhirten und alle kirchlichen Stände in der heil. Religion erhalten wollest.
Daß du die Feinde der heiligen Kirche demüthigen wollest.
Daß du den christlichen Königen und Fürsten Frieden und wahre Eintracht verleihen wollest.
Daß du dem ganzen christlichen Volke Frieden und Einigkeit ertheilen wollest.
Daß du uns selbst in deinem heiligen Dienste stärken und erhalten wollest.
Daß du unsere Herzen zu himmlischen Begierden erhebest.
Daß du allen unsern Wohlthätern mit den ewigen Gütern vergeltest.
Daß du unsere Seelen und die unserer Brüder, Freunde und Wohlthäter von der ewigen Verdammniß errettest. † 2041
Daß du die Früchte der Erde geben und erhalten wollest.
Daß du allen abgestorbenen Christgläubigen die ewige Ruhe verleihen wollest.

Daß du uns erhören wolleſt.
Du Sohn Gottes.
O du Lamm Gottes ꝛc. Verſchone uns, o Herr!
O du Lamm Gottes ꝛc. Erhöre uns, o Herr!
O du Lamm Gottes ꝛc. Erbarme dich unſer, o Herr!
Chriſtus, höre uns!
Chriſtus, erhöre uns!
Herr, erbarme dich unſer!
Chriſtus, erbarme dich unſer!
Herr, erbarme dich unſer!
Vater unſer. Ave Maria.

(Pſalm 69.) O Gott! Merk' auf meine Hilfe; Herr! eile mir zu helfen. — Schamroth und zu Schanden ſollen werden, die meiner Seele nachſtellen. — Zurückbeben und erröthen ſollen ſie, die mir Uebels wollen. — Plötzlich vor Scham zurückbeben ſollen ſie, die mir zurufen: So recht! ſo recht! — Frohlocken aber und ſich freuen in dir ſollen Alle, die dich ſuchen; und die dein Heil lieben, ſollen immer ſagen: Hochgeprieſen ſei der Herr! — Ich aber bin elend und arm; Gott! hilf mir. — Du biſt mein Helfer und mein Retter; Herr! ſäume nicht. Ehre ſei dem Vater u. ſ. w.

V. Rette deine Diener,
R. Die auf dich hoffen, o mein Gott!
V. Sei uns Herr! ein Thurm der Stärke
R. Wider unſere Feinde.
V. Nichts vermöge der Feind wider uns;
R. Und der Sohn der Bosheit dürfe uns fürder nicht ſchaden.

V. Herr, handle nicht mit uns nach unsern Sünden!

R. Und vergilt uns nicht nach unsern Missethaten.

V. Lasset uns beten für unsern heil. Vater N.

R. Der Herr erhalte ihn und belebe ihn, und mache ihn glücklich auf Erden, und übergebe ihn nicht in die Hände seiner Feinde.

V. Lasset uns beten für unsere Wohlthäter.

R. O Herr! Verleih allen unsern Wohlthätern um deines Namens willen das ewige Leben.

V. Lasset uns beten für die abgestorbenen Christgläubigen.

R. Herr, gib ihnen die ewige Ruhe, und das ewige Licht leuchte ihnen!

V. Laß sie ruhen in Frieden. R. Amen.

V. Für unsere abwesenden Brüder.

R. Rette deine Diener, o mein Gott! die auf dich hoffen.

V. Sende ihnen Hilfe, o Herr! vom Heiligthum;

R. Und von Sion aus beschütze sie.

V. Herr, erhöre mein Gebet:

R. Und laß mein Rufen zu dir kommen.

Lasset uns beten.

O Gott! dem es eigen ist, sich allzeit zu erbarmen und zu verschonen, nimm auf unser Gebet, damit wir und alle deine Diener, welche in den Ketten der Sünde gefesselt sind, durch deine gnädige Erbarmung und Milde freigesprochen werden.

Wir bitten dich, o Herr! erhöre unser demüthiges Gebet und schone unser, die wir unsere Sünden vor dir bekennen, auf daß wir zugleich Verzeihung und Frieden von deiner Gütigkeit empfangen.

Erzeige uns gnädig, o Herr! deine unaussprechliche Barmherzigkeit, auf daß wir von allen Sünden erledigt und zugleich von den Strafen, die wir dafür verdienen, errettet werden.

O Gott! der du durch die Schuld beleidigt und durch reumüthige Buße versöhnt wirst, sieh gnädig auf das demüthige Gebet deines Volkes und wende ab die Geißel deines Zorns, die wir für unsere Sünden verdienen.

Allmächtiger, ewiger Gott! Erbarme dich deines Dieners unseres Papstes N. und leite ihn nach deiner Gütigkeit auf den Weg des ewigen Heils, auf daß er durch deine Gnade das, was dir wohlgefällig ist, begehre und kräftig vollbringe.

Behüte auch deine Diener unsern Bischof N. und unsern Landesherrn N. zugleich mit dem ihnen anvertrauten Volke; bewahre uns vor aller Widerwärtigkeit, gib Frieden und Heil zu unsern Zeiten und vertreib alle Bosheit von deiner heiligen Kirche.

O Gott, von dem die heiligen Begierden, die rechten Entschlüsse und die guten Werke entspringen, gib deinen Dienern jenen Frieden, den die Welt nicht geben kann, damit unsere Herzen deinen Geboten ergeben, und unsere Zeiten, von der Furcht des Feindes befreit, durch deinen Schutz gesichert und friedsam seien.

Brenne mit dem Feuer des heiligen Geistes unsere Herzen und Nieren, o Herr! damit wir mit keuschem Leibe dir dienen und durch ein reines Herz dir gefallen.

O Gott, du Schöpfer und Erlöser aller Gläubigen! Ertheile den Seelen deiner Diener und Dienerinen Verzeihung aller ihrer Sünden damit sie den Nachlaß, den sie immer gewünscht haben, durch fromme Gebete erlangen.

Wir bitten dich, o Herr! du wollest unsern Handlungen durch deine anregende Gnade zuvorkommen und dieselben mit deinem Beistande begleiten, damit all' unser Reden und Thun von dir allzeit beginne und in dir das Angefangene beendigt werde.

Allmächtiger, ewiger Gott! der du herrschest über die Lebendigen und die Todten und dich Aller erbarmest, welche du nach ihrem Glauben und ihren Werken im voraus als die deinen erkennest, wir bitten dich demüthig, laß alle diejenigen, für welche zu beten wir uns vorgenommen haben, mögen sie noch von dem gegenwärtigen Leben im Fleische zurückgehalten werden, oder schon des Leibes entledigt in das zukünftige hinübergenommen sein, durch die Fürsprache aller deiner Heiligen von deiner väterlichen Güte und Milde Verzeihung aller ihrer Sünden erhalten. Durch Jesus Christus unsern Herrn Amen.

V. Es erhöre uns der allmächtige und barmherzige Gott. Amen.

R. Und die Seelen der Christgläubigen ruhen durch die Barmherzigkeit Gottes in Frieden.

Lauretanische Litanei.

: Herr, erbarme dich unser! :
: Christus, erbarme dich unser! :
: Herr, erbarme dich unser! :
: Christus, höre uns! :
: Christus, erhöre uns! :
Gott Vater vom Himmel. Erbarme dich unser!
Gott Sohn, Erlöser der Welt.
Gott heiliger Geist.
Heilige Dreifaltigkeit, ein einiger Gott.
Heilige Maria. Bitt für uns!
Heilige Gottesgebärerin.
Heilige Jungfrau der Jungfrauen.
Mutter Christi.
Mutter der göttlichen Gnade.
Du reinste Mutter.
Du keuscheste Mutter.
Du unversehrte Mutter.
Du unbefleckte Mutter.
Du liebliche Mutter.
Du wunderbarliche Mutter.
Du Mutter des Schöpfers.
Du Mutter des Erlösers.
Du weiseste Jungfrau.
Du ehrwürdige Jungfrau.
Du lobwürdige Jungfrau.
Du mächtige Jungfrau.
Du gütige Jungfrau.
Du getreue Jungfrau.
Du Spiegel der Gerechtigkeit.
Du Sitz der Weisheit.
Du Ursache unserer Freude.

Du geistliches Gefäß.
Du ehrwürdiges Gefäß.
Du vortreffliches Gefäß der Andacht.
Du geistliche Rose.
Du Thurm Davids.
Du elfenbeinerner Thurm.
Du goldenes Haus.
Du Arche des Bundes.
Du Pforte des Himmels.
Du Morgenstern.
Du Heil der Kranken.
Du Zuflucht der Sünder.
Du Trösterin der Betrübten.
Du Helferin der Christen.
Du Königin der Engel.
Du Königin der Patriarchen.
Du Königin der Propheten.
Du Königin der Apostel.
Du Königin der Martyrer.
Du Königin der Bekenner.
Du Königin der Jungfrauen.
Du Königin aller Heiligen.
Du Königin, ohne Mackel der Erbsünde empfangen.
O du Lamm Gottes das du hinwegnimmst die Sünden der Welt! Verschone uns, o Herr!
O du Lamm Gottes ꝛc. Erhöre uns, o Herr!
O du Lamm Gottes ꝛc. Erbarme dich unser ꝛc.
Herr erbarme dich unser ꝛc. Vater unser.

Unter deinen Schutz und Schirm fliehen wir, o heilige Gottesgebärerin! Verschmähe nicht unser Gebet in unsern Nöthen, sondern erlöse uns jederzeit von aller Gefährlichkeit, o du glorwürdige

und gebenedeite Jungfrau, unsere Frau, unsere Mittlerin, unsere Fürsprecherin; versöhne uns mit deinem Sohne, befiehl uns deinem Sohne, stelle uns vor deinem Sohne.

V. Bitt für uns, o heilige Gottesgebärerin!

R. Auf daß wir würdig werden der Verheißungen Christi.

Gebet.

Wir bitten dich, o Herr! du wollest deine Gnade in unsere Herzen eingießen, damit wir, die wir durch des Engels Botschaft Christi deines Sohnes Menschwerdung erkannt haben, durch sein Leiden und Kreuz zur Herrlichkeit der Auferstehung geführt werden. Durch denselben Jesus Christus unsern Herrn. Amen.

V. Bitt für uns, o heiliger Joseph!

R. Auf daß wir würdig werden der Verheißungen Christi.

Gebet.

Wir bitten dich, o Herr! laß uns durch die Verdienste des Bräutigams deiner allerseligsten Gebärerin geholfen werden, damit, was unser eigenes Vermögen nicht erhalten kann, uns durch seine Fürbitte gegeben werde. Der du lebst und regierst, Gott von Ewigkeit zu Ewigkeit. Amen.

Litanei
vom allerheiligsten Altarssacramente.

Herr, erbarme dich unser!
Christus, erbarme dich unser!
Christus, höre uns!
Christus, erhöre uns!
Gott Vater vom Himmel. Erbarme dich unser!
Gott Sohn, Erlöser der Welt.
Gott heiliger Geist.
Heilige Dreifaltigkeit, ein einiger Gott.
Jesus, wahrer Gott und Mensch.
Jesus, ganz und wahrhaft hier gegenwärtig.
O anbetungswürdiges Sacrament.
Du lebendiges Brod, das vom Himmel gekommen.
Du Brod, das der Welt zum Leben gegeben worden ist.
Du verborgener Gott und Heiland.
Du Nahrung der Auserwählten.
Du Frucht des Baumes des ewigen Lebens.
Du Quelle der Gnaden.
Du immerwährendes Opfer.
Du unbeflecktes Lamm.
Du Speise der Engel.
Du Schatz der Gläubigen.
Du Wonne der gottseligen Gemüther.
Du Gedächtniß der göttlichen Wunderwerke.
Du Versöhnung der Sünder.
Du Band des Friedens und der Liebe.
Du Trost der Betrübten.
Du Speise der Hungrigen.
Du Arznei der Kranken.
Du Wegzehrung der Sterbenden.
Du Pfand der künftigen Glorie.

Sei uns gnädig! Verschone uns, o Jesus!
Sei uns gnädig! Erhöre uns, o Jesus!
Von unwürdigem Empfang deines heiligen Fleisches und Blutes. Erlöse uns, o Jesus!
Von der Begierlichkeit des Fleisches.
Von der Begierlichkeit der Augen.
Von der Hoffart des Lebens.
Von aller Gelegenheit zur Sünde.
Durch dein Verlangen, in dieser Speise mit deinen Jüngern das Ostermahl zu halten.
Durch die Demuth, mit welcher du deinen Jüngern die Füße gewaschen.
Durch die Liebe, mit welcher du dieses hochheilige Sacrament eingesetzt hast.
Durch dein heiliges Fleisch und Blut, welches du uns in diesem hochwürdigen Sacramente hinterlassen hast.
Durch die Wunde deines allerheiligsten Herzens.
Durch die verklärten Wunden deines allerheiligsten Leibes.
Wir arme Sünder! Wir bitten dich, erhöre uns.
Daß du in uns den Glauben, die Ehrerbietung und die Andacht gegen dieses heilige Sakrament erhalten und vermehren wollest.
Daß du uns von dem Tode der Sünde zu dem ewigen Leben erwecken wollest.
Daß du alles, was in uns lasterhaft ist, vertilgen wollest.
Daß du uns in deiner Gnade bestätigen und stärken wollest.
Daß du uns vor allen Nachstellungen des bösen Feindes beschützen wollest.
Daß du unsere Gemüther mit der Gnade deiner Heimsuchung erleuchten wollest.

Daß wir uns allzeit in dir erfreuen mögen.
Daß du das Feuer deiner Liebe in uns entzünden wolleſt.
Daß du uns in der Stunde des Todes mit dieſer himmliſchen Wegzehrung ſtärken wolleſt.
Daß du uns zum Hochzeitmahle des ewigen Lebens führen wolleſt.
Daß du das Verlangen der armen Seelen erfüllen wolleſt.
O du Lamm Gottes, welches du hinwegnimmſt die Sünden der Welt ꝛc.
Herr, erbarme dich unſer!
Chriſtus, erbarme dich unſer!
Vater unſer. Ave Maria.

V. Brod vom Himmel haſt du ihnen ertheilt,
R. Das alle Süßigkeit in ſich begreift.

O heiliges Gaſtmahl, in welchem Chriſtus genoſſen, das Andenken ſeines Leidens erneuert, die Seele mit Gnade erfüllt, und ein Unterpfand der zukünftigen Herrlichkeit uns gegeben wird!

V. Herr, erhöre mein Gebet!
R. Und laß mein Rufen zu dir kommen.

Gebet.

O Gott, der du uns in dieſem wunderbaren Sacramente das Gedächtniß deines Leidens hinterlaſſen haſt, gib, daß wir die heiligen Geheimniſſe deines Leibes und Blutes alſo verehren, daß wir die Früchte deiner Erlöſung jederzeit in uns empfinden mögen. Der du lebſt und regierſt mit Gott dem Vater in Einigkeit des heiligen Geiſtes, Gott von Ewigkeit zu Ewigkeit. Amen.

Gelobt ſei ohne End das heilige Sacrament!

Litanei für die Verstorbenen.

Herr, erbarme dich ihrer!
Christus, erbarme dich ihrer!
Herr, erbarme dich ihrer!
Gott, himmlischer Vater, der du sie erschaffen hast.
Erbarme dich ihrer!
Gott Sohn, der du sie erlöset hast.
Gott heiliger Geist, der du sie geheiliget hast.
Heilige Dreifaltigkeit, ein einiger Gott.
Heilige Maria! Bitt für sie!
Alle heiligen Engel und Erzengel! Bittet für sie!
Alle heiligen Patriarchen und Propheten.
Alle heiligen Apostel und Evangelisten.
Alle heiligen Jünger des Herrn.
Alle heiligen Martyrer und Bekenner.
Alle heiligen Jungfrauen und Wittwen.
Alle heiligen Auserwählten Gottes.
Sei ihnen gnädig; verschone sie, o Herr!
Sei ihnen gnädig; erlöse sie, o Herr!
Von allem Uebel.
Von aller Sünde und Strafe.
Von ihrer traurigen Gefangenschaft.
Von allen ihren Leiden.
Durch deine Menschwerdung.
Durch dein bitteres Leiden und Sterben.
Durch deine glorreiche Auferstehung.
Wir arme Sünder! Wir bitten dich, erhöre uns.
Daß du den leidenden Seelen im Fegfeuer Nachlassung ihrer Sünden ertheilen wollest.
Daß du ihre Schmerzen und Trübsale lindern wollest.
Daß du sie in ihren Leiden mit himmlischem Troste erquicken wollest.

Daß du ihr frommes Seufzen und Flehen nach dir in Gnaden erhören und ihre schwere Bußzeit bald vollenden wollest.

Daß du dich unserer verstorbenen Eltern, Verwandten und Wohltäter erbarmen wollest.

Daß du dich insbesondere jener Seelen erbarmen wollest, deren Leiden wir mitverschuldet haben.

Daß du sie alle, gereinigt und geheiligt, in dein Reich aufnehmen und mit ewiger Herrlichkeit krönen wollest.

Daß unser Gebet für sie dir angenehm, ihnen nützlich und uns heilsam sein möge.

O du Lamm Gottes, welches du hinwegnimmst ꝛc.

Herr, erbarme dich ihrer ꝛc.

Vater unser. Ave Maria.

V. Selig sind die Todten, die im Herrn sterben.

R. Von nun an spricht der Geist, sollen sie von ihren Mühsalen ausruhen; — denn ihre Werke folgen ihnen nach.

Gebet.

O Gott! der du auf das demüthige Gebet deiner Kinder gnädig achtest, erhöre nach deiner Milde unser Flehen, das wir für unsere Anverwandten und Wohlthäter, für unsere Freunde und Feinde, für die Seelen aller Verstorbenen zu dir richten. Verleih ihnen Nachlassung aller Sünden und Strafen, damit sie rein vor deinem Angesichte erscheinen und der Seligkeit der Verklärten im Himmel würdig und theilhaftig werden. Wir bitten dich darum durch Jesus Christus, deinen eingebornen Sohn, unsern Herrn. Amen.

V.

Benedictiones.

(Rit. August.)

Ordo ad faciendam aquam benedictam.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
R. Qui fecit coelum et terram.

Exorcizo te creatura salis per Deum † vivum, per Deum † verum, per Deum † sanctum, per Deum, qui te per Elisaeum Prophetam in aquam mitti jussit, ut sanaretur sterilitas aquae ut efficaris sal exorcizatus, in salutem credentium; ut sis omnibus, sumentibus te, sanitas animae et corporis, et effugiat, atque discedat a loco, in quo aspersus fueris, omnis phantasia et nequitia vel versutia diabolicae fraudis, omnisque spiritus immundus, adjuratus per eum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. R. Amen.

Oremus.

Jmmensam clementiam tuam, omnipotens aeterne Deus, humiliter imploramus, ut hanc creaturam salis, quam in usum gene-

ris humani tribuisti, benedicere †, et sanctificare † tua pietate digneris; ut sit omnibus sumentibus salus mentis et corporis, et quidquid ex eo tactum vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione spiritualis nequitiae. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Exorcizo te, creatura a q u a e, in Nomine Dei † Patris omnipotens, in Nomine Jesu † Christi, Filii ejus, Domini nostri, et in virtute Spiritus † sancti: ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, et ipsum inimicum eradicare et explantare valeas cum angelis suis apostaticis: per virtutem ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est, judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. R. Amen.

O r e m u s.

Deus, qui ad salutem humani generis maxima quaeque sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto propitius invocationibus nostris, et elemento huic multimodis purificationibus praeparato, virtutem tuae bene † dictionis infunde: ut creatura tua mysteriis tuis serviens, ad abigendos daemones, morbosque pellendos, divinae gratiae sumat effectum; ut quidquid in domibus, vel in locis fidelium haec unda resperserit, careat omni immunditia, liberetur a noxa: non illic resideat spiritus

pestilens: non aura corrumpens: discedant omnes insidiae latentis inimici: et si quid est, quod aut incolumitati habitantium invidet aut quieti, aspersione hujus aquae effugiat, ut salubritas per invocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum nostrum etc.

Commixtio salis et aquae pariter fiat in nomine Pa†tris, et Fi†lii, et Spiritus † sancti. R. Amen.

V. Dominus vobiscum;
R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus invictae virtutis auctor, et insuperabilis imperii Rex, ac semper magnificus triumphator, qui adversae dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis saevitiam superas, qui hostiles nequitias potenter expugnas: te Domine, trementes et supplices deprecamur ac petimus, ut hanc creaturam salis et aquae dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuae rore sanctifices, ut ubicumque fuerit aspersa, per invocationem sancti Nominis tui, omnis infestatio immundi spiritus abigatur, terrorque venenosi serpentis procul pellatur; et praesentia sancti Spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus ubique adesse dignetur. Per Dominum nostrum Jesum Christum etc. in unitate ejusdem Spiritus etc.

Benedictio mulieris post partum.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
R. Qui fecit coelum et terram.

Antiph. Haec accipiet benedictionem a Domino.

Psalmus 23.

Domini est terra et plenitudo ejus: orbis terrarum et universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super mare fundavit eum: et super flumina praeparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini: aut quis stabit in loco sancto ejus?

Jnnocens manibus et mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino et misericordiam a Deo salutari suo.

Haec est generatio quaerentium eum, quaerentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, et elevamini portae aeternales, et introibit Rex gloriae.

Quis est iste Rex gloriae? Dominus fortis et potens, Dominus potens in praelio.

Attollite portas principes vestras, et elevamini portae aeternales: et introibit Rex gloriae.

Quis est iste Rex gloriae? Dominus virtutum ipse est Rex gloriae.

Gloria Patri etc.

Antiph. Hæc accipiet benedictionem a Domino, et misericordiam a Deo salutari suo, quia haec est generatio quaerentium Dominum.

Der Priester reicht die Stola:

Jngredere in templum Dei, adora Filium beatae Mariae Virginis, qui tibi foecunditatem tribuit prolis.

Am Altare:

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.
V. Et ne nos inducas in tentationem etc.
V. Salvam fac ancillam tuam Domine,
R. Deus meus sperantem in te.
V. Mitte ei, Domine, auxilium de sancto,
R. Et de Sion tuere eam.
V. Nihil proficiat inimicus in ea.
R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
V. Domine exaudi etc.
V. Dominus vobiscum etc.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui per beatae Mariae Virginis partum fidelium parientium dolores in gaudium vertisti: respice propitius super hanc famulam tuam, ad templum sanctum tuum pro gratiarum actione laetam accedentem: et praesta, ut post hanc vitam ejusdem beatae Mariae meritis et intercessione, ad aeternae beati-

tudinis gaudia cum prole sua pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Der Priester aspergirt:

Pax et benedictio Dei omnipotentis Patris † et Filii, et Spiritus sancti descendat super te, et maneat semper, Amen.

Benedictio domorum in sabbato sancto Paschae.

Beim Eintritt in die Häuser spricht der Priester:

Pax huic domui et omnibus habitantibus in ea.

Dann aspergirt er die Bewohner und die Wohnungen und betet:

Antiph. Vidi aquam egredientem de templo a latere dextro, alleluja; et omnes, ad quos pervenit aqua ista, salvi facti sunt et dicent: Alleluja, Allelujá.

Ps. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia ejus.

Gloria Patri etc.

Antiph. Vidi aquam etc.

V. Ostende nobis Domine misericordiam tuam, alleluja etc.

V. Domini exaudi orationem meam etc.

V. Dominus vobiscum etc.

Oremus: Exaudi nos, sancte Pater omnipotens, aeterne Deus, et sicut domus Hebraeorum in exitu de Aegypto agni sanguine linitas (quod Pascha nostrum, in quo immolatus est Christus, figurabat) ab angelo percutiente custodisti, ita mittere digneris sanctum angelum tuum de coelis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per eundem Chr. D. n.

Benedictio Agni paschalis.

Oremus: Deus, qui per famulum tuum Moysen in liberatione populi tui de Aegypto agnum occidi jussisti in similitudinem Domini nostri Jesu Christi, et utrosque postes domorum de sanguine ejusdem agni perungi praecepisti, tu bene†dicere et sancti†ficare digneris hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui ad laudem tuam sumere desideramus per resurrectionem ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui tecum vivit etc.

Benedictio ovorum (in Pascha).

Oremus: Subveniat, quaesumus Domine, tuae † benedictionis gratia huic ovo-

rum creaturae, ut cibus salubris fiat fidelibus tuis, in tuarum gratiarum actione sumentibus, ob resurrectionem D. n. J. Chr. qui tecum etc.

Benedictio panis (in Pascha).

Oremus: Domine Jesu Christe, panis Angelorum, panis vivus aeternae vitae, benedicere † dignare panem istum, sicut benedixisti quinque panes in deserto, ut omnes ex eo gustantes inde corporis et animae percipiant sanitatem. Qui vivis etc.

Benedictio domorum in Vigilia Nativitatis Domini, in Profesto Circumcisionis et in Vigilia Epiphaniae.

Beim Eintritt in die Häuser spricht der Priester:

Pax huic domui et omnibus habitantibus in ea.

Dann aspergirt er die Bewohner und die Bewohnungen und betet:

Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor. Miserere mei, Deus, secundum mag-

nam misericordiam tuam. Gloria Patri... Asperges me...

Hierauf legt der Priester den Incens ein und betet je nach der Festzeit eine der folgenden Antiphonen. —

In Vigilia Nativitatis Domini:

Antiph. Hodie scietis, quia veniet Dominus, et mane videbitis gloriam ejus.

In Profesto Circumcisionis Domini:

Antiph. Ecce Maria genuit nobis Salvatorem, quem Joannes videns exclamavit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce, qui tollit peccata mundi. Alleluja.

In Vigilia Epiphaniae Domini:

Antiph. Apertis thesauris suis obtulerunt Magi Domino aurum thus et myrrham. Alleluja.

Der Priester aspergirt und thurifizirt die Wohnungen und Gemächer des Hauses, indem er den Psalm **Miserere pag. 147** und **Magnificat pag. 121** betet; nachdem er die treffende Antiphon wiederholt, fügt er bei:

Dominus vobiscum etc.

In Vigilia Notivitatis Domini:

Oremus: Deus, qui hanc sacratissimam noctem veri luminis fecisti illustratione clarescere: da, quaesumus; ut, cujus lucis mysteria in terris cognovimus, ejus quoque

gaudiis in coelo perfruamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Jn Profesto Circumcisionis Domini:

Oremus: Deus, qui salutis aeternae beatae Mariae virginitate fecunda humano generi praemia praestitisti: tribue, quaesumus; ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitae suscipere Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in saecula sacculorum. R. Amen.

Jn Vigilia Epiphaniae Domini:

Oremus: Deus, qui hodierna die Unigenitum tuum gentibus stella duce revelasti: concede propitius; ut qui jam te ex fide cognovimus, usque ad contemplandam speciem tuae celsitudinis perducamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

V. Divinum auxilium maneat semper nobiscum. R. Amen.

Benedictiones in Festo Epiphaniae D. N. J. Chr.

Benedictio cretae.

Oremus: Benedic † Domine Deus, creaturam istam cretae, ut sit salutaris humano generi, et praesta per invocationem

nominis tui sanctissimi, ut, quicunque ex ea sumserint, vel ea in domus suae portis scripserint nomina sanctorum tuorum Caspari, Melchioris et Balthasari per eorum intercessionem et merita corporis sanitatem et animae tutelam percipiant. Per Chr. D. n.

Wird aspergirt.

Benedictio thuris sive incensi.

Oremus: Tua, quaesumus, omnipotens sempiterne Deus, immensae majestatis dextera hanc creaturam incensi benedicere † et sanctificare † digneris: ut in virtute sancti Nominis tui omnes immundorum spirituum phantasticos incursus effugare, omnes morbos reddita sanitate expellere, ubicunque fumus ejus afflaverit, mirabiliter possit, atque tibi omnipotenti Deo odorem fragrantissimum perpetua suavitate reddere. Per Chr. D. n.

Benedictio et thurificatio domorum.

Antiph. Apertis thesauris suis obtulerunt Magi Domino aurum, thus et myrrham. Alleluja.

Ps. Miserere... pag 147. Magnificat... pag. 121. Gloria Patri.

Antiph. Apertis. . .
V. Dominus vobiscum. etc.

Oremus.

Deus, qui hodierna die Unigenitum tuum stella duce revelasti: concede propitius, ut, qui jam te ex fide cognovimus, usque ad contemplandam speciem tuae celsitudinis perducamur. Per eundem Chr. D. n.

Benedictio mulieris gravidæ timentis difficilem partum.

Evangelium nach dem hl. Johannes 16, 20. Zu jener Zeit ſprach der Herr Jeſus zu ſeinen Jüngern: Wahrlich, wahrlich ſage ich euch, ihr werdet weinen und wehklagen, aber die Welt wird ſich freuen. Ihr werdet traurig ſein, aber eure Traurigkeit wird in Freude verwandelt werden. Das Weib, wenn es gebärt, iſt traurig, weil ihre Stunde gekommen iſt, wenn ſie aber das Kind geboren hat, ſo denkt ſie nicht mehr an die Angſt wegen der Freude, daß ein Menſch zur Welt geboren worden iſt. Auch ihr habt jetzt zwar Trauer, aber ich werde euch wiederſehn und euer Herz wird ſich freuen, und eure Freude wird Niemand von euch nehmen. An jenem Tage werdet ihr mich um nichts mehr fragen. Wahrlich, wahrlich, ſag' ich euch, wenn ihr den Vater in meinem Namen um etwas bitten werdet, ſo wird er euch geben. Bisher

habt ihr um nichts in meinem Namen gebeten. Bittet, so werdet ihr empfangen, auf daß eure Freude vollkommen werde.

Der Priester reicht die Stola zum Küssen:

Evangelium, virtus Dei, sit in salutem tibi credenti. R. Amen.
V. Jntret in conspectu tuo oratio mea, Domine.
R. Jnclina aurem tuam ad precem meam.
V. De necessitatibus meis erue me.
R. Vide humilitatem meam et laborem meum.
V. Custodi animam meam et erue me.
R. Non erubescam, quoniam speravi in te.
V. Domine exaudi etc.
V. Dominus vobiscum etc.

Oremus.

Domine Deus, omnium creator, qui bonus et misericors de omni malo liberas clamantes ad te, quique gloriosae Virginis Mariae corpus et animam, ut dignum filii tui habitaculum effici mereretur, Spiritu sancto cooperante praeparasti, et Joannem Baptistam in utero matris sanctificasti, et in gaudio exultare fecisti, exaudi preces et vota famulae tuae humiliter supplicantis pro conservatione prolis, quam ei concipere dedisti; ut adjuvante misericordia tua ad hanc lucem veniat incolumis sanctae regenerationis gratiam percipiat et vitam consequi mereatur aeternam. Per eundem Chr. Dominum nostrum.

Benedictio † Dei super te descendat, ut anima tua ei vivat, et semen tuum serviat ipsi. R. Amen.

Benedictio infantium aegrotorum.

Pax huic domui... Asperges me... Ps. 112. Laudate pueri... (pag. 107.)

Kyrie eleison etc. Pater noster.

V. Ex ore infantium et lactentium.
R. Perfecisti laudem tuam, Domine.
V. Domine exaudi etc.
V. Dominus vobiscum.

Oremus: Deus, cui cuncta adolescunt et per quem adulta firmantur, extende dexteram tuam super hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) N. in tenera aetate languentem, quatenus vigore sanitatis recepto ad annorum perveniat plenitudinem et tibi fidele gratumque obsequium praestare mereatur. Per Chr. D. n.

Benedictio Dei omnipotentis, Patris † et Filii et Spiritus sancti descendat super te et maneat semper. Amen.

Benedictio camporum, agrorum, alpium, pascuorum, pratorum.

Oremus: Deus, a quo omne bonum sumit initium, et semper ad potiora pro-

grediens percipit incrementum, concede, quaesumus, supplicantibus nobis, ut quod ad laudem nominis tui inchoare aggredimur, aeterno tuae sapientiae munere ad terminum perducamus. Per Chr. D. n.

Allerheiligen Litanei pag. 174, nach dem Vers: daß du unsere Seelen... folgt:

Ut hos campos (agros, alpes, pascua, prata) benedicere † digneris. Te rogamus audi nos.

Ut hos campos (agros etc.) benedicere † et sanctificare † conservare † et ab omni daemonum infestatione custodire digneris. Te rogamus audi nos.

Ut fulgura, grandines, malas tempestates et noxias aquarum inundationes a loco isto clementer expellere et effugare digneris. Te rogamus.

[Der Priester fährt mit der Litanei fort bis zu Ende].

Kyrie eleison etc. Pater noster.

V. Emitte Spiritum tuum et creabuntur
R. Et renovabis faciem terrae.
V. Dominus dabit benignitatem
R. Et terra nostra dabit fructum suum.
V. Domine exaudi etc.
V. Dominus vobiscum etc.

Oremus: Pietatem tuam, omnipotens Deus, humiliter imploramus, ut hos (has, haec) campos (alpes, prata), quos (quas, quae) aëris temperamento nutrire dignatus es, tuae benedictionis imbre perfundere dig-

neris; tribuens populo tuo, de tuis muneribus tibi semper gratias agere, et pulsa sterilitate terrae, esurientium animas bonis affluentibus replere, ut egeni et pauperes laudent nomen gloriae tuae. Per Chr. D. n.

Ps. Miserere mei Deus... pag. 147.

V. Dominus vobiscum etc.

Oremus: Benedic † quaesumus Domine, et sanctifica † hos campos (has alpes, haec prata), et omnem ubertatem eis concede in centuplum et multiplica fructus eorum (earum); ut viventes servi tui in exultatione manipulos colligant et te semper laudent et benedicant. Per Chr. D. n.

Benedictio equorum, boum etc. in Festo s. Leonardi, Sebastiani, Wendelini etc. et alias.

Oremus: Misericordiam tuam supplices exoramus, Domine Deus noster, ut hos equos, boves et alia animalia in nomine tuo benedictionis † tuae virtute ab omni diabolica fraude et potestate, et a quocunque morbo conservare digneris. Tu eis, Domine, sis defensio et subsidium vitae et remedium sanitatis, et multiplica ea tuae misericordiae benignitate, ut honorificetur nomen sanctum tuum in saecula. Amen.

Oremus: Exaudi nos, sancte Pater, omnipotens aeterne Deus, ut sicut domos Hebraeorum in exitu de Aegypto agni sanguine conspersas ab Angelo percutiente custodisti, ita mittere digneris sanctum Angelum de coelis, qui custodiat, protegat atque defendat hos equos et pullos eorum, boves et oves ab infirmitate, a variis morbis, ab improvisis periculis, ab insidiis inimicorum visibilium et invisibilium omnium per merita et intercessionem St. Leonardi (Sebastiani, Wendelini), ut laudetur et magnificetur nomen sanctum tuum et gloriosum. Per Chr. D. n.

Benedicto Dei omnipotentis † Patris et Filii et Spiritus sancti descendat super haec animalia et maneat semper. Amen.

Benedictio salis pro animalibus.

Oremus: Deus invisibilis et inaestimabilis, pietatem tuam per sanctum ac tremendum Filii tui Jesu Christi nomen suppliciter deprecamur, ut in hanc creaturam salis benedictionem † et potentiam invisibilis operationis tuae infundas, ut animalia, quae necessitatibus humanis tribuere dignatus es, cum ex eo acceperint vel gustaverint, benedictio † et sanctificatio † tua ab omni aegritudinis et laesionis incursu te protegente custodiat. Per eundem Dom. nostrum J. Chr.

Benedictio lactis, butyri, casei etc.

Oremus: Dignare Domine, sancte Pater omnipotens aeterne Deus benedicere † et sanctificare † hanc creaturam lactis (butyri, casei) quam ex adipe animalium educere dignatus es, ut quicunque ex populis tuis fidelibus ex ea commederint vel gustaverint, omni benedictione † coelesti et gratia salutari repleantur in bonis. Per Chr. D. n.

Et benedictio Dei omnipotentis Patris †, et Filii et Spiritus sancti descendat super hanc creaturam et per virtutem sanctae Crucis et mortis Jesu Christi Domini nostri fugiat ab ea omnis infestatio satanae et omne phantasma evanescat in nomine Patris †, et Filii, et Spiritus sancti. R. Amen.

Benedictio olei simplicis.

(ad curandos infirmos).

Exorcizo te, creatura olei, per Deum Patrem † omnipotentem, qui fecit coelum et terram, mare et omnia, quae in eis sunt. Omnis virtus adversarii, omnis exercitus diaboli et omnis incursus, omne phantasma satanae eradicare et effugare ab hac creatura olei, ut fiat omnibus, qui eo usuri sunt, salus mentis et corporis, in nomine Dei Patris † omnipotentis, et Jesu Christi † Filii ejus Domini nostri, et Spiritus † sanc-

ti Paracliti, et in charitate ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos et saeculum per ignem. R. Amen.

V. Domine exaudi orationem meam etc.

V. Dominus vobiscum etc.

Oremus.

Domine Deus omnipotens, cui adstat exercitus Angelorum cum tremore, quorum servitium spirituale cognoscitur, dignare respicere, bene†dicere et sanctificare † hanc creaturam olei, quam ex olivarum succo eduxisti, et ex eo infirmos inungi mandasti, quatenus sanitate percepta, tibi Deo vivo et vero gratias agerent: praesta, quaesumus, ut hi, qui hoc oleo, quod in tuo nomine bene†dicimus, usi fuerint, ab omni languore omnique infirmitate, atque cunctis insidiis inimici liberentur, et cunctae adversitates separentur a plasmate tuo, quod pretioso Sanguine Filii tui redemisti, ut nunquam laedatur a morsu antiqui serpentis. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit etc.

Alia Benedictio panis
(pro quocunque tempore).

Oremus: Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, bene†dicere digne-

ris hunc panem tua sancta spirituali benedictione, ut sit omnibus sumentibus salus mentis et corporis, atque contra omnes morbos et universas inimicorum insidias tutamen. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, panem vivum, qui de coelo descendit, et dat vitam et salutem mundo, et tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Benedictio novorum fructuum.

Oremus: Benedic † Domine, hos novos fructus N. et praesta, ut qui ex eis in tuo sancto nomine vescentur, corporis et animae salute potiantur. Per Chr. D. n.

Benedictio ad quodcunque comestibile.

Oremus: Benedic † Domine creaturam istam N., ut sit remedium salutare generi humano: et praesta per invocationem sancti Nominis tui, ut quicunque ex ea sumserint, corporis sanitatem et animae tutelam percipiant. Per Chr. D. n.

Benedictio Crucis.*)

Oremus: Benedic † quaeso, Domine hanc Crucem, per quam nos eripuisti, et salvasti a daemonum potestate; sancti†fica signaculum istud Passionis tuae, ut sit inimicis tuis obstaculum, et credentibus in te auxilium perpetuum, in quocunque loco fuerit collocatum, nulla sit habitatio daemonum, sed fugiant confusi, elongentur ab ipso loco, et habitantibus in eo, quantum est coelum a terra: et habitent Angeli sancti fortissimi, locum, et habitatores protegant. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Alia Benedictio parvae Crucis pro moribundis.*

Oremus: Omnipotens Deus, qui Crucis signum pretioso Filii tui sanguine decorasti, quique per eandem Crucem Filii tui, Domini nostri Jesu Christi, mundum redimere voluisti, et per virtutem ejusdem venerabilis Crucis humanum genus ab antiqui hostis chyrographo liberasti: te suppliciter exoramus, ut digneris, hanc Crucem paterna pietate benedicere †, coelestemque ei

---

*) Die mit * bezeichneten Benediktionen sind aus Liebl's Vademecum.

virtutem et gratiam impertiri: ut quicunque eam in passionis et Crucis, unigeniti tui signum ad tutelam corporis et animae super se gestaverit, caelestis gratiae plenitudinem in ea, et munimen valeat tuae benedictionis accipere. Si quis vero infirmus, aut moribundus eandem in manu sua tenuerit, aut super pectus suum impositam habuerit, ad eum non audeant appropinquare hostes maligni, nec ei tentationibus suis nocere, aut spectris suis pavorem immittere. Sed virtute hujus Crucis benedictae ab infestationibus daemonum liberatus, Jesu Christo, Filio tuo, Redemptori suo, laudes et gratiarum actiones persolvat. Et quemadmodum virgam Aaron ad rebellium perfidiam repellendam benedixisti, ita hoc signum Crucis tua dextra benedic †, et contra omnes diabolicas fraudes virtutem ei tuae defensionis impende: ut portantibus illam animae pariter ac corporis prosperitatem conferat salutarem, et spiritualia in eis dona multiplicet. Per eundem etc.

Aspergens Crucem dicat:

Sanctificetur hoc signum Crucis in nomine Pa†tris et Fi†lii, et Spiritus † sancti: et benedictio illius ligni, in quo membra Salvatoris nostri suspensa sunt, sit in isto signo Crucis, ut portantes eam propter Deum inveniant corporis et animae sanitatem. Per Christum etc.

Benedictio Jmaginis Jesu Christi.*

Oremus: Omnipotens, sempiterne Deus, qui sacras unigeniti Filii tui, et Sanctorum imagines et effigies sculpi vel pingi per Ecclesiam tuam voluisti, ut quoties illas oculis corporis intuemur, toties eorum actus et sanctitatem ad imitandum, memoriae oculis meditemur: Hanc, quaesumus, imaginem, (vel sculpturam) in honorem et memoriam unigeniti Filii tui, Domini nostri Jesu Christi, adaptatam bene†dicere et sancti†ficare digneris, et praesta, ut quicunque coram illa eundem unigenitum Jesum Christum humiliter et suppliciter honoraverit et invocaverit, ejus meritis et obtentu a te gratiam in praesenti, et gloriam aeternam obtineat in futuro. Per eundem Dominum etc.

Benedictio Jmaginis B. V. Mariae.*

Antiph. Sub tuum praesidium confugimus, sancta Dei Genetrix, nostras deprecationes non despicias in necessitatibus nostris, sed a periculis cunctis libera nos semper, Virgo gloriosa et benedicta.

Psalmus 86.

Fundamenta ejus in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te: civitas Dei.

Memor ero Rahab et Babylonis: scientium me.

Ecce alienigenae et Tyrus et populus Aethiopum: hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicet, homo, et homo natus est in ea: et ipse fundavit eam Altissimus.

Dominus narrabit in scripturis populorum et principum: horum, qui fuerunt in ea.

Sicut laetantium omnium: habitatio est in te.

Gloria Patri etc.

Antiph. Sub tuum praesidium etc.

V. Ora pro nobis, sancta Dei Genetrix.
R. Ut digni etc.

Oremus.

Deus, qui de B. Mariae V. utero verbum tuum Angelo nuntiante carnem suscipere voluisti: praesta supplicibus tuis, ut, qui vere eam genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Clementiae tuae dispositione cuncta ex nihilo cre-

asti: hanc imaginem in honorem piissimae Genitricis Filii tui Domini nostri Jesu Christi venerabiliter adaptatam bene†dicere, et sancti†ficare digneris; et praesta, misericordissime Pater, per invocationem Nominis tui, atque unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi, quem pro salute humani generis, integritate Virginis Mariae servata, iacarnari voluisti, ut precibus et intercessione ejusdem sacratissimae Virginis, quicunque eandem Misericordiae Matrem et Reginam, coram hac ejus effigie suppliciter deprecati fuerint, eamque pie honoraverint, omnium delictorum veniam et gratiam, quam desiderant, impetrare mereantur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum.

Aspergatur, et thurificetur.

Benedictio Jmaginum aliorum Sanctorum.*

O r e m u s: Omnipotens sempiterne Deus: qui Sanctorum tuorum imagines, et effigies sculpi vel pingi per Ecclesiam tuam voluisti, ut dum illas oculis corporeis intuemur, eorum actus, vitam et sanctitatem, ad imitandum, memoriae oculis meditemur: hanc quaesumus, imaginem (vel sculpturam in bonorem Tui, et sancti N. Apostoli vel

Martyris, vel Confessoris, vel Virginis etc.) adaptatam bene†dicere et sancti†ficare digneris: et praesta, ut quicunque coram illa, gloriosum (Apostolum, vel Martyrem, vel Confessorem, vel Virginem etc.) N. suppliciter colere ac venerari studuerit, illius meritis, et obtentu a te gratiam in praesenti, et aeternam gloriam obtineat in futuro. Per Chr. D. n. Amen.

Aspergantur.

Benedictio Rosariorum Confraternitatis Rosarii.*

Oremus: Omnipotens et misericors Deus, qui propter eximiam Charitatem tuam, qua dilexisti nos, et Filium tuum Dominum nostrum Jesum Christum de coelis in terram descendere, et de beatissimae Virginis Mariae utero sacratissimo, Angelo nuntiante carnem suscipere, crucemque ac mortem subire, et tertia die gloriose a mortuis resurgere voluisti, ut nos eriperes de diaboli potestate: obsecramus immensam clementiam tuam, ut haec signa Rosarii in honorem et laudem ejusdem Genitricis Filii tui ab Ecclesia tua fideli dicata bene†dicas, et sancti†fices, eisque tantam Spiritus sancti infundas virtutem, ut quicunque horum quodlibet secum portaverit, atque in domo

sua reverenter habuerit, et in eis ad te, secundum ejusdem sanctae Societatis instituta, divina contemplando mysteria devote oraverit, salubri et perseverante devotione abundet; sitque consors et particeps omnium gratiarum, privilegiorum, et indulgentiarum, quae eidem societati per sanctam Sedem Apostolicam concessa fuerunt. Et ab hoste visibili et invisibili semper et ubique in hoc et in futuro saeculo liberetur: et in exitu suo ab ipsa beatissima Virgine Maria Dei, Genitrice, tibi plenus bonis operibus praesentari mereatur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde aspergantur aqua benedicta dicendo:

Jn nomine Pa†tris, et Fi†lii, et Spiritus † sancti. Amen.

Benedictio Jmaginis, Numismatis vel monetae effigie cujusdam Sancti insignitae.*

O r e m u s: Omnipotens sempiterne Deus, largitor bonorum omnium, salus et vita nostra, te supplices exoramus, et petimus, ut hanc monetam etc., cui imago S. N. tui impressa est, bene†dicere et sancti†ficare digneris, ut qui eam devote gestaverint, vel domi asservaverint, per merita et intercessionem S. N. ab omni graviori corporis

lapsu praeserventur, ejusque, uti et animae sanitatem continuam consequantur: Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, veram animarum nostrarum corporumque medicinam. Qui tecum vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

Benedictio candelarum vel olei pro moribundis vel mortuis.

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, benedic† candelas istas (ol. ist.) supplicationibus nostris; infunde eis (ei) Domine per virtutem s. Crucis † benedictionem coelestem; ut, qui eas (id) ad repellendas tenebras humano generi tribuisti, talem quoque henedictionem signaculo sanctae Crucis † accipiant (.at); ut quibuscunque locis accensae sive positae fuerint, discedant principes tenebrarum et contremiscant ac fugiant pavidi cum omnibus ministris suis ab habitationibus illis, nec praesumant amplius inquietare aut molestare servientes tibi omnipotenti Deo. Qui vivis.

Benedictio Rosarii B. Mariae V.

Oremus: Benedic † Domine Jesu, fili Mariae, hoc Rosarium in honorem sanctis-

simae genitricis tuae institutum et concede, ut quisquis illud pie gestaverit atque attente et devote recitaverit, per viscera misericordiae tuae ab omni malo et periculo liberari, gratiae tuae donis cumulari et in exitu suo ab ipsa beatissima Virgine Maria tibi plenus bonis operibus praesentari mereatur. Qui vivis etc.

Benedictio ad omnia.

Oremus: Deus, cujus verbo sanctificantur omnia, benedictionem tuam effunde super creaturam istam (creaturas istas) et praesta: ut quisquis ea (eis) secundum legem et voluntatem tuam cum gratiarum actione usus fuerit, per invocationem sanctissimi Nominis tui corporis sanitatem et animae tutelam te auctore percipiat. Per Christum Dominum nostrum.

Benedictio thalami Sponsorum.

Oremus: Benedic † Domine thalamum hunc, ut omnes habitantes in eo in tua pace consistant et senescant, multiplicentur in longitudine dierum et ad regna coelorum perveniant. Per Chr. D. n.

Benedictio vestimentorum.

O r e m u s : Omnipotens aeterne Deus, qui inter caetera mirabilia tua creaturas diversis ornamentis decorasti, et tunicas pelliceas Adae et Evae fecisti, nosque veste misericordiae in hoc saeculo et in futuro regno stola gloriae circumdas, quaesumus, ut haec indumenta pro tui nominis honore purificare † et benedicere † digneris, quae et ego in nomine tuo benedico †, tuamque clementiam supplex invoco, ut creaturam illam, quae his indumentis vestietur, sub tua protectione conservare, et copiosis meritis diversisque virtutibus ditare et ornare digneris, ut, cum senseris horum fragrantiam vestimentorum, des eidem creaturae tuae osculum pacis et benedicas eam in anima et corpore.

Da quoque, Domine, ut famulus tuus, (famula tua), qui (quae) haec vestimenta portaverit, coelestis gratiae plenitudinem et tuae protectionis munimen mereatur accipere: atque ab omnibus inimicorum insidiis incolumis permaneat, Teque Deum suum omnipotentem glorificet in tempore et aeternitate. Per Chr. D. n.

Benedictio Dei omnipotentis Patris † et Filii et Spiritus sancti descendat super haec vestimenta et maneat semper. Amen.

Benedictio loci (domus).

Oremus: Benedic † Domine Deus omnipotens, locum istum (domum istam), ut sit in eo (ea) sanitas, castitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas et mansuetudo, plenitudo legis et gratiarum actio Deo Patri et Filio et Spiritui sancto; et haec benedictio maneat super hunc locum (hanc domum) et super habitantes in eo (ea) nunc et semper. Amen.

Benedictio stabuli.

Oremus: Exaudi nos Domine s. Pater omnipotens, aeterne Deus, ut sicut domus Hebraeorum in Aegypto sanguine agni aspersas custodisti in eorum exitu de Aegypto ab Angelo percutiente, ita et mittere digneris sanctum Angelum tuum de coelis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet atque defendat hunc locum a fraudibus et ab omnium inimicorum insidiis. Per Chr. D. n.

Oremus.

Benedic † Domine, hunc locum et defende eum cum omnibus pecoribus ab omni mala tempestate, ab igne et infirmitate, ab ira ventura et ab omnibus diabolicis tribulationibus et insidiis, et tu, Deus, qui unigenitum Filium tuum ac Redemptorem no-

strum in jumentorum stabulo nasci et collocari voluisti, ejus velis esse protector et custos, eumque ab omni malo custodire digneris. Per eundem Chr. D. n. Amen.

Benedictio Horrei.

Oremus: Omnipotens et misericors Deus, qui ubique praesens es, Majestatem tuam suppliciter exoramus: ut potentia tua huic Horreo adesse dignetur, quae cuncta adversa ab eo repellat et abundantiam benedictionis † tuae ei largiter infundat. Per Chr. D. n.

Oremus: Domine Deus omnipotens, qui audientibus vocem tuam et implentibus mandata tua per Moysen famulum tuum promisisti benedictionem tuam dicens: „Benedicta horrea tua et benedictus fructus terrae tuae“; bonitatem tuam humiliter imploramus, ut Horreum istud dextera sancta tua benedicere † et ab omnibus adversis tueri digneris.

Defende quaesumus Domine, Horreum hoc cum omnibus rebus suis ab igne, tempestate, fulgure, ruina, animalibus, nocivis et ab omnibus tribulationibus inimicorum, ut famuli tui, qui illud benedici expetierunt, de tua custodia glorientur, et benignitatem tuam sine fine collaudent. Per Chr. D. n.

Benedictio tempestatis ordinaria, et quotidiana post Missam ab Inventione usque ad Exaltationem S. Crucis D. N. J. C.

V. A fulgure, et tempestate.
R. Libera nos Domine Jesu Christe.
V. Fiat misericordia tua Domine super nos.
R. Quemadmodum speravimus in te.
V. Domine exaudi orationem meam;
R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus vobiscum;
R. Et cum spiritu tuo.

Oremus: A Domo tua quaesumus Domine spiritales nequitiae repellantur, et aërearum discedat malignitas tempestatum. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Oremus: Quaesumus omnipotens Deus, ut intercessione sanctae Dei genitricis Mariae, et sanctorum Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, et Viduarum, atque omnium Sanctorum tuorum continuum nobis praestes subsidium, tranquillam auram permittas; atque contra fulgura, et tempestates desuper nobis indignis tuam salutem effundas de coelis, et generi humano semper aemulas, dextera potentiae tuae, aëreas conteras potestates.

Deus qui omnium rerum tibi servientium naturam, per ipsos motus aëris ad cultum tuae majestatis instituis, tranquillitatem nobis tuae misericordiae, remotis aëris terroribus permanere permittas, ut, cujus iram expavemus, clementiam sentiamus. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

V. Sit nomen Domini benedictum.
R. Et hoc nunc, et usque in saeculum.
V. Adjutorium etc.
R. Qui fecit etc.

Benedictio Dei Omnipotentis Patris † et Filii et Spiritus sancti descendat super vos, ac fructus terrae, et maneat semper. R. Amen.

STADTBIBLIOTHEK AUGSBURG

SACSBAUS

Inhalts-Verzeichniß.

I.

Fromme Übungen für Priester.

Morgengebet 3
Betrachtungspunkte 4
Vorbereitung zur hl. Messe 4
Danksagung nach der hl. Messe 22
Besuchung des Allerheiligsten 27
Gebet zur hl. Jungfrau 29
Abendgebet 30
Gewissenserforschung 32
Beichtgebet 33

II.

Spendung der hl. Sacramente.

Oratio ad cujusvis Sacramenti administrationem adhibenda 36
Spendung der **hl. Taufe** 37
Spendung der **hl. Wegzehrung** 43
Spendung der **letzten Oelung** 47
Generalabsolution 55

Gebete beim Krankenbesuch.

Uebung des Glaubens, der Hoffnung und Liebe 57
Gebet am Morgen 58
Nachtgebet 59
Gute Meinung 61
Hingebung 62
Hinblick auf den Gekreuzigten 62
Gebet um Geduld 63

II.

Gebete unter Tags.

Verlangen dem hl. Meßopfer beizuwohnen. 64
Anbetung Gottes und Dank 65
Tägliche Aufopferung 66

Gebete für Schwerkranke.

Vertrauen auf Gottes Barmherzigkeit . . 67
Vollkomm. Aussöhnung mit allen Menschen 69
Bitte um ein gnädiges Gericht 69
Bitte um den Himmel 70
Seufzer zur hl. Mutter Gottes 71
Ergebung in den Tod 73
Erinnerung eines Sterbenden an das Leiden Jesu 74
Gebet bei Besprengung mit Weihwasser . 76
Gebet beim Anzünden der Sterbekerze . . 77
Seufzer für Sterbende 77
Gebet nach dem Hinscheiden 80
Kirchengebete: Litanei für Sterbende . . 81
Proficiscere anima 83
Beerdigung der Erwachsenen 94
Libera 102
Grabbesuch 104
Beerdigung der Kinder 107

III.

Gottesdienstliche Verrichtungen.

Officium defunctorum 117
Die sieben Bußpsalmen 160
Te Deum laudamus 170
Gebet für den König 172
Veni St. Spiritus 172
Hymnus zum hl. Geist 173

III.

IV.

Litaneien.

Allerheiligen Litanei 174
Lauretanische Litanei 182
Litanei zum allerheiligsten Sakramente . . 185
Litanei für die Verstorbenen 188

V.

Benedictiones.

1.

Ordo ad faciendam aquam benedictam . 190
Benedictio mulieris post partum . . . 193
Benedictio domorum in sabbato sancto Paschae 195
Benedictio Agni paschalis 196
Benedictio ovorum } in Pascha 196
Benedictio panis } 197
Benedictio domorum in Vigilia Nativitatis, Circumcisionis et Epiphaniae Dumi 197
Benedictio cretae } in Festo Epiphaniae 199
Benedictio thuris } D. N. J. Chr. 200
Benedictio et thurificatio domorum in Epiphania 200

2.

Benedictio mulieris gravidae, timentis difficilem partum 201
Benedictio infantium aegrotorum 203
Benedictio camporum, agrorum, alpium, pascuorum, pratorum 203
Benedictio equorum, boum etc. in Festo s. Leonardi, Wendelini etc. et alias . 205

IV.

Benedictio salis pro animalibus . . . 206
Benedictio lactis, butyri, casei etc. . . 207
Benedictio olei simplicis (ad curandos infirmos) 207
Alia Benedictio panis (pro quocunque tempore) 208
Benedictio novorum fructuum 209
Benedictio ad quodcunque comestibile . 209

3.

Benedictio Crucis 210
Alia Benedictio parvae Crucis pro moribundis 210
Benedictio Jmaginis Jesu Christi . . . 212
Benedictio Jmaginis B. Mariae V. . . 212
Benedictio Jmaginum aliorum Sanctorum 214
Benedictio Rosariorum Confraternitatis Rosarii 215
Benedictio Jmaginis, Numismatis vel monetae cujusdam Sancti insignitae . 216
Benedictio candelarum vel olei pro moribundis vel mortuis 217
Benedictio Rosarii B. Mariae V. . . . 217
Benedictio ad omnia 218

4.

Benedictio thalami Sponsorum 218
Benedictio vestimentorum 219
Benedictio loci (domus) 220
Benedictio stabuli cujuscunque . . . 220
Benedictio Horrei 221
Benedictio tempestatis ordinaria . . . 222

STADTBIBLIOTHEK AUGSBURG

Im Verlage von **Alois Schilling** in **Ichenhausen** ist zu haben:

Der „Volksfreund." Ein kath. histor. politisches Wochenblatt mit Beilage. Redigirt von Georg Baader, Pfarrer in Kleinkötz. Preis vierteljährl. bei jeder Post-Expedition 18 kr.

„Drei Hütten." Eine Erzählung für das Volk. Von G. Baader, Pfarrer, pr. Stück franco zugesandt 6 kr. 15 Stück 1 fl.

Diese Erzählung wurde von vielen kathol. Zeitungen auf's Beste zur Verbreitung empfohlen.

Andenken an die erste heilige Kommunion in Gold- und Farbendruck-Verzierung, Stahlstich, fein col. in groß Quart per Stück 6 kr.

Andenken an die erste hl. Beicht, Stahlstich in 8° fein col. pr. Stück 3 kr.

Primiz-Andenken in großer Auswahl in Gold- und Farbendruck pr. 100 Stück von 1 — 4 fl.

Heiligen-Bilder:

500 verschiedene Stahlstiche, Namen-Heilige und relig. Darstellungen in 12° sortirt pr. Bund 100 St. 1 fl. 12 kr.

Dieselben in feinen Spitzen 2 fl.

300 Stahlstiche, Namen-Heilige ꝛc. oval pr. 100 Stück 48 kr.

Dieselben mit feinsten Spitzen 2 fl. 12 kr.

Dieselben Spitzenbilder fein col. 3 fl. 24 kr.

500 kleine Stahlstiche, Namenheilige ꝛc. pr. 100 Stück 42 kr.

Dieselben mit Spitzen 1 fl. 12 kr.

Dieselben Spitzenbilder col. 2 fl.

Nr. 20 in einer Farbe 24 kr.

Dieselben gemalt 54 kr.

Nr. 35 schwarz, mit Ton und blauer Einfassung pr. Bund 36 kr.

Oelfarbendruck-Bilder, große Auswahl mit gewöhnl. und feinen Gold-Rahmen von 5—17 fl.

Trauerbilder mit jedem beliebigen Rückseitendruck pr. 100 Stück 1 fl. 48 kr. bis 2 fl. 12 kr.

Beicht- und Communionzettel 1000 Stück einzeln beschnitten 1 fl.

Tauf-, Trau- und Sterbregister, Seelenbeschrieb, auf gutes Handpapier gedruckt pr. Buch 36 kr.

Bruderschafts-Zettel und Büchlein mit und ohne Kupferstiche.

Ferners empfehle meine mit Schnell- und Handpresse eingerichtete Buchdruckerei und Lithografie zu Aufträgen aller Art, und verspreche solideste und billigste Bedienung.

(Bei Bestellungen von 2 fl. erfolgt frankirte Zusendung.)

Oratio audituri confessiones.

Da mihi, Domine, sedium tuarum assistricem
sapientiam, ut sciam judicare populum tuum
in justitia et pauperes tuos in judicio. Fac me
ita tractare claves regni cœlorum, ut nulli
aperiam, cui claudendum sit, nulli claudam, cui
aperiendum sit. Sit intentio mea pura, zelus
meus sincerus, charitas mea patiens, labor
meus fructuosus. Sit in me lenitas non re-
missa, asperitas non severa; pauperem ne
despiciam, divitis ne aduler. Fac me ad alli-
ciendos peccatores suavem, ad interrogandos
prudentem, ad instruendos peritum. Tribue
quæsumus, ad retrahendos a malo solers-
tiam, ad confirmandos in bono sedulitatem,
ad promovendos ad meliora industriam; in re-
sponsis maturitatem, in consiliis rectitudi-
nem, in obscuris lumen, in perplexis sagaci-
tatem, in arduis victoriam; in nubilibus
colloquiis ne detinear, pravis ne contaminer,
alios salvem, me ipsum non perdam.

Amen.

Precès

ad obtinendum Zelum pro extirpatu
peccatorum per intercessionem B.
Mariæ Virginis sine labe conceptæ.

Misericordissime Deus, toto corde detestor
atque abominor a mea peccata,
detestor etiam ac deflco omnia pec-
cata aliorum ab initio mundi usque
ad hanc horam commissa, quia su-
premam tuam majestatem offendunt.
Firmiter quoque statuo omnia pec-
cata vitare, atque in aliis extirpare,
illorumque causas et pericula tollere.
In hunc finem auxilium gratiæ tuæ
suppliciter peto, benignissime Deus,
per intercessionem sanctissimæ V.
Mariæ, quam ab omni peccato
tam originali tam actuali præ-
servare dignatus es. P. Ch. S. M.

Clementissime Salvator, qui pati et
mori dignatus es, ut nos a peccatis
liberares, et qui sanctissimam Matrem
tuam singulari privilegio a labe
originali et ab omni peccato actuali
praeservare voluisti, te supplices
exoramus, ut per intercessionem
ejusdem tuae Matris, omnia peccata
semper vitare et in aliis extirpare
eorumque causas et pericula fallere
valeamus. Qui vivis et regnas in
saecula saeculorum. Amen

Zwanzigstes.

Göttlicher Heiland, einzugebornen Sohn Gottes, der du dich gewürdigt hast für unser Heil ein Kind zu werden, ein Leben in Armuth, Niedrigkeit und Elend zu führen u. endlich den Tod am Kreuze zu sterben,

Jesu Christe Sünder Hilfe um Barmherzigkeit
meines Herzens: Herr Jesu Christe, Sohn
des lebendigen Gottes: Herr Jesu Christe
Jesu Christe meines Herzens: Herr Jesu Christe
du bist mein Gott, mein Gott, verlasse mich nicht
in jenem Buch. Herr Jesu Christe, in meinem
Gott, meinem Herrn du bist mein Gott,
der du bist die Quelle der lebendigen
Wasser. Mein Leben gewinnt deine
mein der Gerechten, mein Heiland
Christe! Allah ist Barmherzig.
o mein unbarmherziger Heiland,
meinetwegen ist dein Herz durchbohrt
um mich elenden Sünder meinen Geist
in deine Hände. Herr Jesu, mein
mein Herr und G. Amen.

Auf Verordnung unseres Heiligen Vaters
Papst Pius IX einen Ablass von 300 Tagen
verliehen.

Thessaly Chili III Ld. 50 Cap. = Anfang
ung in der Zusätzlichkeit. Anf
Philothea. I Ld. 20 Cap.

Thessaly Chili III Ld. 52 Cap. = Inn
halt der Lehre der Lehrmeynung der Lehrer
in wirst in der Kunst meines Lebens sehr
schwach Hoffnung in den meinen glückseligen
seligkeit fühlen, zu denen
sie nicht allein meine Liebe, sondern auch
meine Pflicht. Meinen Brüder
zeigen deine Gnadenschein nicht mehr
in deinen Augen, über deinen Mann
lassen deine Aufmerksamkeit zu
sind den Brüdern, welche
Hoffnungen, auf das Leben, welche
Brüder verlassen, damit
Leben Empfindungen
verbrüdern

S. Vulnera.

Respice, Domine, sanctæ Pater, de sanctuario tuo et de excelso cœlorum habitaculo: et induere hanc sacrosanctam Hostiam, quam tibi offert magnus Pontifex noster, sanctus puer tuus Dominus Jesus, pro peccatis fratrum suorum, et esto placabilis super multitudine malitiæ nostræ. Cognosce, Pater, lucem filii tui Joseph. Heu! fera pessima devoravit eum, et concultcavit in furore suo, vestimentum ejus. Ecce quinque scissuras lamentabiles in eo reliquit.

S. Bernardus.

Ecrit au bas d'un Crucifix.

Vous qui pleurez, venez à ce Dieu, car il pleure.
Vous qui souffrez, venez à lui, car il guérit.
Vous qui tremblez, venez à lui, car il sourit.
Vous qui passez, venez à lui, car il demeure.

Non parem Pauli gratiam requiro
Veniam Petri neque posco, sed quam
In crucis ligno dedras latroni,
Tedulus oro. Copernicus

Es syn dir dyn Gnad, vñ barmhertzigkeit.
Gnad hab nit zů vil die mir Ungnad vñ
vrsach dir dyn Gnad. Gnad hab nit
vnder die mir Ungnad zů vrsach
vñ vrsach die mir Gnad. Gnad hab
Syn dir E. Chuno.

STADTBIBLIOTHEK AUGSBURG

fris K 27/6 — Y.

Th. Pr.

Schneider

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Schneider, Leonhard

Vademecum für katholische Priester Unter Benützung des neuen Augsburger Rituale herausgegeben

Ichenhausen 1872

Augsburg, Staats- und Stadtbibliothek -- Th Pr 2360
urn:nbn:de:bvb:12-bsb11291887-3